COMMENTARII
COLLEGII
CONIMBRICENSIS,
SOCIETATIS IESV,
IN LIBROS ARISTOTELIS,
qui Parua Naturalia appellantur.

VENETIIS, M. DC. VI.

Apud Sebaſtianum de Combis.

PROOEMIVM.

Res operi ſubiecta.

LIBRI *Ariſtotelis, quos noſtrates Philoſophi Parua Naturalia, id eſt, parua de rebus naturæ opuſcula inſcripſere, ſupplementa quædam ſunt librorum de Anima. Continent enim explicationem quarundam affectionem, quæ aut omnibus viuentibus conueniunt; vt Mors & Vita: aut ſolis animantibus; vt Vigilia, Somnus, Reſpiratio. Sequimur autem in hoc opere eandem methodum, & ſcribendi rationem, quam in Meteoris, ob eas cauſas, quas ibidem expoſuimus. Quod tamen ad libros de Senſu, & Senſili attinet, in quibus Ariſtoteles de ſenſuum organis, eorumque obiectis potiſſimùm diſſerit, ſtatuimus nihil hoc loco in eos commentari; quòd tota ea diſputatio abundè tractata atque illuſtrata à nobis ſit in libris de Anima: quos una cum libris de Ortu & Interitu propediem, fauente Deo, in lucem edemus.*

IN LIBRVM DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.

Quid, & quotuplex ſit memoria. Cap. I.

Memoria tribus modis accipi.

MEmoria fuſo vocabuli ſignificatu tribus modis à Philoſophis accipitur, vt tradit partim M. Albertus in ſumma de homine, tractatu de memoria; partim alij varijs in locis. Primum pro ipſa facultate ſeu potentia, qua recordamur: ſecundò pro recordandi actu; tertiò aliquantulum impropriè pro habitu, ſeu imaginibus, quarum interuentu memorandi actus exercetur. Quod ad primum attinet, potentia recordādi nihil aliud eſt, quam vis animæ, quæ rerum cognitarum imagines, tanquam depoſitum recondit ac ſeruat, vt eas, cum opus fuerit, exhibeat. Quo pertinet illud D. Damaſceni lib. 2. fide orthod. ca. 20. [Vis ea, qua meminimus, eſt memoriæ ac recordationis origo & promptuarium.] Et illud D. Auguſtini lib. 10. Confeſſione. 8 [Omnia recipit recolenda, cum opus eſt, & retractanda grandis memoriæ receſſus, & neſcio quid ſecreti, atque ineffabiles ſinus eius; quæ omnia ſuis quæque foribus intrant ad eam, & in ea reponuntur; nec ipſa tunc intrant, ſed rerum ſenſatarum imagines illic præſto ſunt cogitationi reminiſcenti eas.

Memoria ſenſitiua.

Porrò (vt præter alios ediſſerunt Simplicius 3. de Anima, tex 20. D. Thomas 1. p. q. 79. ar. 6. Alenſis 2. ps. q. 69 mem. 1. art. 1. Scotus in 4. d. 45. quæſt. 3.) memorandi facultas duplex eſt: vna ſenſitiua, quæ in capite ſedem obtinet; altera intellectiua, quæ in ipſa animi noſtri ſubſtantia inſidet. De ſola autem ſenſitiua agit Ariſtoteles hoc in libro, cum doceat memoriam eſſe phantaſmatum: & in ea tantum animæ parte ſitam eſſe, in qua imaginatio conſiſtit. De eadem locutus eſt D. Damaſcenus loco antè citato, ſtatuens memoriæ organum eſſe poſteriorem cerebri ventriculum, quem occipitium vocant. Intellectiuam tradidit Ariſtoteles 3. de Anima cap. 4. text. 6. docuit animam eſſe locum ſpecierum, non totam, ſed intellectum: de qua etiã interpretãdus eſt D. Auguſtinus lib. 10. de Trinit. cap. 11. cum ait, memoriam, intelligentiam & voluntatem, vnam eſſe mentem: hoc eſt, in una eademq; mente inhærere.

Memoria intellectiua.

Eſſe verò admittẽdam iſtiuſmodi intellectiuam memoriam, ex eo conſtat, quia recordamur rerum uniuerſalium & immaterialium: quarum notio non in potentiam organo corporis affixam, ſed in aliam facultatem nobiliorem & materiæ expertem cadit. Item, quia cũ pars ſenſitiua habet theſaurum ſpecierũ ad memorandum, potiori iure eundem obtinebit intellectiua pars, quæ excellentior eſt. Præterea, quia anima ſeparata recordatur eorum, quæ in hac vita geſſit: vt affirmat D. Auguſtinus in Pſal. 108. & Gregorius 4. lib. Moral. cap. 42. conſtatque tum ex ſermone Abrahami ad diuitem Luc. 16. [Recordare fili, quia recepiſti bona in vita tua, Lazarus autem ſimiliter mala:] cum ex verbis ipſius diuitis, qui recordabatur quinque fratrum, quos inter viuos habebat.

Aĩam ſeparatã recordari eorũ, quæ in vita geſſit.

Quare minimè audiẽdus eſt Auicenna, qui lib. 6. Natural. part. 5. cap. 6. intelligibilium ſpecierum theſaurum homini denegat, aiens non conſeruari in mente humana ſpecies intelligibiles: totáque intellectiuæ recordationis vim referens

ad irradiationem illius intelligĕtiæ, qua finxit cœleſte quoddam lumen infundere in animam noſtram, vt rerum notitijs imbuatur. Cuius erroris confutationem lege apud D. Thom. 1. p. quæſt. 79. art. 6. & lib. 2. contra gent. cap. 74. Vide etiam Scotum in 1. diſt. 3. q. 6.

Diſcutitur, num memoria intellectiua propriè memoria ſit, an non? Caput II.

QVæri ſolet, ĕt inter eos, qui intelligibilium ſpecierū theſaurū in noſtris animis dari cōfitĕtur, vtrū memoria intellectiua ſimpliciter ac propriè memoria dicenda ſit? Nonnulli partem negatiuam amplectuntur, eo potiſſimum argumento, quòd ad memoriam requiratur perceptio determinatæ differentiæ præteriti temporis: ſiquidem non niſi rei præteritæ recordamur. Ea verò perceptio, cùm non ſit abiuncta à ſingularibus conditionibus, non videtur ſpectare per ſe ad intellectū, ſed ad ſenſum. Cui opinioni haud obſcurè adſtipulatur Diuus Thomas lib 2 contra gent. c. 74. hiſce verbis: [Memoria in parte ſenſitiua ponitur, quia eſt alicuius, prout cadit ſub determinato tempore; non enim eſt niſi præteriti: & cum non abſtrahatur à ſingularibus conditionibus, non pertinet ad partem intellectiuam, quæ eſt vniuerſalium. Sed per hoc non excluditur, quin intellectus poſſibilis ſit conſeruatiuus intelligibilium, quæ abſtrahuntur ab omnibus conditionibus particularibus.] Hæc D. Thomas: quibus ſimilia docuit M. Albertus in ſumma de homine tract. de memoria.

Negatiuæ partis arg.

Propoſita dubitatio ita expediĕda eſt: Si dicamus, ad rationem eius memoriæ, quæ abſolutè ac propriè memoria vocatur, requiri, vt eadem potĕtia habeat in ſe ſpecies, quæ res ſingulares, & determinati temporis differentias repræſentent: tunc iuxta eorum ſententiam, qui arbitrantur hoc vitæ ſtatu non dari in noſtro intellectu imagines rerum ſingularium, aſſerendum eſt, memoriam intellectiuam, quæ animæ in corpore exiſtenti, cōuenit, non eſſe abſolutè propriéque memoriam. Quod placet M. Alberto, & D. Thomæ loco citato, & Ferrarienſi in cōment. lib 2 contra gent. ca. 74. Si autem ſtatuamus, vel dari ſpecies illas rerum ſingularium in intellectu noſtro; vel ad rationem prædictæ memoriæ non oportere, vt in eademmet potentia eiuſmodi ſpecies hæreant, & conſeruentur, ſed ſufficere ineſſe illas in phantaſia, à cuius actu intelligendi, vis ad ſingularium notitiam determinetur: pronunciandum erit, memoriam intellectiuam propriè & abſolutè memoriam eſſe: quod affirmat Scotus in 4 diſt. 45. quæſt. 3. Vtrumlibet horum probabilitatem habet, vt conſtat ex ijs, quæ de cognitione ſingularium. & de ſpeciebus intelligibilibus, partim * in 1. Phyſic. partim in 3. de Anima, à Philoſophis in vtramque partem diſputari ſolent. Quæ non eſt cur à nobis in præſentia, aut repetantur, aut anticipentur.

Sol. dub.

* In 1. Phyſ. cōment. 1 Phyſic. ca. 1. q. 4.

Erit etiam qui petat, quo pacto anima ſeparata recordetur ſingularium, cùm ad eiuſmodi actum non poſſit iam determinari ab interno ſenſu? Quæ dubitatio locum habet apud eos, qui putant in intellectu, dum eſt in corpore, non imprimi ſpecies rerum ſingularium, ac proinde nec eas inde acceptas animam ſecum deferre. Reſpondendum cum D. Thoma 1. par. q. 99. ar. 4 animam ſeparatam cognitione naturali cognoſcere, meminiſſeque ſingularia per ſpecies ſibi inditas in abſceſſu à corpore: eiuſmodi enim ſpecies determinatè illi repræſentāt ſingularia cum ſuis conditionibus; ſi non omnia, ſaltem ea, ad quæ peculiarē obtinent habitudinem, vel ob antecedentem notitiam, vel ob aliquam affectionem, aut aliud quid ex diuinæ prouidentiæ ordine. In ſententia verò aliorum, qui arbitrantur noſtrum intellectum in hoc vitæ ſtatu haurire è ſenſibus imagines rerum ſingularium, nullam ingerit difficultatem propoſita quæſtio: cùm anima à corpore abiuncta, per eiuſmodi ſpecies recordari poſſit rerum ſingularium, quæ ijs repræſentātur. Quod ad finem librorum de Anima, in tractatu de Anima ſeparata, planius differemus.

De recordatione animæ ſeparatæ.

Me-

A

Memoriam intellectiuam non eſſe facultatem re aut eſſentia ab intellectu diſtinctam. Caput III.

QVæſtio eſt, num memoria intellectiua & intellectus differant inter ſe tanquã duæ potentiæ? Putãt nõ nulli quos commemorat Richardus in 2. diſt. 14. quæſt. 2. circa 2 princ. quibus ipſe etiam libentius aſſentitur: videturq́; hæc pars hiſce rationibus concludi. Mẽs

B

1. ar. partis affir.

humana dicitur ad ſanctiſſimæ Triadis imaginẽ diuinitus efformata: quia ut in vna eſſentia diuina tres ſunt perſonæ, ita in anima tres potentiæ, intellectus, memoria, voluntas: non igitur memoria & intellectus eadẽ facultas ſunt. Item: memoria

2. argu.

tendit in rem cognitam vt cognita eſt, intellectus in rẽ abſolutẽ ſpectatã: ergo cũ diuerſa ratio obiecti potentiarũ diſtinctionem arguat, diuerſæ potentiæ erunt intellectus & memoria. Tertiò: eadem cauſa diſtinctionis videtur eſſe in

C

3. argu.

viribus ſenſitiuis & in intellectricibus: ſed in uiribus ſenſitiuis alia potentia apprehendit, alia conſeruat: quæ enim per communem ſenſum apprehendũtur, ſeruantur in phantaſia, quæ per imaginationem, in memoria: vt alibi oſtẽdemus, traditq́; Auicenna 6. Natur. lib. 4 ca. 1. Nõ eſt igitur, cur intellectus à memoria in-

D

tellectiua non diſtinguatur. Accedit teſti-

4. argu.

monium D. Auguſtini 10. de Tri. cap. 11. ubi tria in mente conſtituit, memoriam, intelligentiam & uoluntatem: additq́ue horum unum nempe intelligentiam, oriri ex memoria. Cum igitur nihil ex ſe ipſo oriatur, patet, memoriam & intellectũ non eandem eſſe animi facultatem; ſed aut re, aut ſaltem eſſentia inter ſe diſtingui.

E

Aſſerendum tamen eſt, intellectum & memoriam intellectiuam, unam eandemq́; eſſe animi facultatem, nec re, nec ſpecie diuerſam. Primum, quia eiuſdem

1. ratio pro parte negar. Cum D. Tho. 1. part. q. 79. art. 7.

eſt, ſeruare habitus & ijs uti: intellectus ſeruat habitus memorandi, id eſt, ſpecies intelligibiles; ut docet Ariſtoteles lib. 3. de Anima, cap. 4. text. 7. ubi intellectum patientem appellat locum, ſeu theſaurum ſpecierum. Quare idem intelle-

A

ctus eademq́; facultas erit, quæ ijs utitur intelligendo & memorando. Secun-

2. ratio. De hac 10 D. Dam. li 2. Fidei. 12. D. Au. lib. 14 de Tri. ca. 12. & lib. 12. c. 4. D. Baſi. ho. 10. in Ge. Rupert. lib. 2. de Trini. & eius op. ca 3. & 5.

dò, quia ſimplex rei cognitio & recordatio non inueniunt in obiecto diſcrimen per ſe, ſed accidentarium tantum: illa enim fertur in rem abſolutè; hęc in rem, vt antea cognitam: quæ rationes non per ſe uariant obiectum. * Tertiò quia fruſtra ponitur facultatum multitudo, ubi ſat eſt una eademq́; potentia; ſat eſt aũt una potentia ad intelligendum & recor-

B

dandum, non minus quam ad apprehendendum & iudicandum. Stabiliturq́; argumentum, quia reminiſcentia, qua rerum immaterialium recordamur, cõſtat ex diſcurſu circa res immateriales, qui

* 3 ratio Sol. 1. ar. pro parte contraria.

neceſſario ad intellectricem uim pertinet, cuius eſt circa talia diſcurrere.

Argumenta uerò, quæ oppoſitum ſuadebant, paruo negotio diluuntur. Ad primum dicendum: rationem imaginis & ſimilitudinis, quæ in noſtra anima rem

Imago Trinitatis ut noſtræ animæ ſit impreſſa.

C

paratione Dei inuenitur, ſpectari præcipue ſecundum actus uerbi: ut iis: ut declarat D. Thomas 1 part. quæſt 93. ar. 7. & Durandus in 1 diſt 3. part. 2. quæſt. 3. quia uidelicet, ut Pater in diuinis per actum notionalẽ ſuæ intellectionis gignit Filium; & Pater ſimul ac illius per actum amoris vtrique communem ſpirant Spiritum ſanctum: ita noſter animus cogitando interius format conceptum ſeu

D

uerbum; & ex hoc in amorem rei cognitæ prorumpit. Verum quia principia actuum ſunt potentiæ atque habitus, & unumquodq; uirtute in ſuo principio cõtinetur; monet ibidem S. Thomas, poſſe etiam Trinitatis imaginem in nobis attendi ſecundum potentias, prout in eis

E

actus uirtute exiſtunt. Nõ tamẽ oportet prædictam ſimilitudinem in eo cerni, ut quemadmodum in una eſſentia diuina tres ſunt perſonæ realiter diſtinctæ; ita in noſtra anima tres ſint potentiæ, intellectus, memoria, & uoluntas, re aut ſpecie diuerſæ: ſufficit enim numerari utcũque tres potentias, et ſi earum aliquæ eſſentiali & reali diſcrimine diſtinguantur nimirum uoluntas & intellectus, itemque memoria & uoluntas; aliquæ accidentariò tantum, uidelicet intellectus & memoria. Lege D. Thomam, in q. de Verit. q 10. art. 3 & in 1. diſt. 3 quæſt 4 ar. 1.

Ad ſecundum dicito rem in ſe, & rem vt cognitam, non includere rationes, quę per ſe varient obiectum, atque eſſentię diſcrimen inuehant. Sol. 3. Ad tertium: organum memoriæ exigere temperamen ū, quod obſeruiat diuturnę conſeruationi: officia verò ſenſus communis & imaginationis eam qualitatum compoſitionē requirere, quæ tantummodo apta idoneáq; ſit ad facilè recipiendum: hanc autem à priori neceſſario diuerſam eſſe: quia mollia prompte recipiunt, malè retinent; dura pertinaciter ſeruant, ægrè recipiunt. Vnde eſt, quod ſenſus communis eiusque theſaurus in diuerſa parte cerebri debent conſiſtere, ſimiliterq; imaginatio & eius promptuarium (ſi tot ſenſus interim conſtituendi ſint, qua de re alibi) Ex quo ſequitur, has potentias vt ſitu, ita & re ipſa inter ſe diſtingui. In intellectu autem & memoria intellectrici longè diuerſa ratio eſt. Nam cum in corpore non hæreāt, haudquaquam ad functiones ſuas obeundas organorum & tēperamenti diuerſitatem expoſcunt. Sol. 4. Ad vltimum, cū D. Auguſtinus ait intelligentiam oriri à memoria, nihil aliud velle, quam intelligendi actum elici à ſpecie reſidente in intellectu, qui prout imaginibus recordationi obſeruientibus conſignatus eſt, memoria & intellectus fæcundus vocatur. Aduertit etiam D. Thomas 1. part. quęſt. 79. art. 7. cum idem D. Auguſtinus in lib. 10. de Trinit. ca. 11. & 12. ponit in mente memoriam, intelligentiam & voluntatem, non hæc accipere pro tribus potentijs; ſed memoriam pro habituali animæ retentione, intelligentiam pro actu intellectus, voluntatem pro actu voluntatis.

Memoriam ſenſitiuam conuenire etiam brutis, etſi non omnibus.

Caput. IIII.

QVod ad memoriam ſenſitiuam attinet, eam brutis quoque animantibus conuenire palam eſt; licet non omnibus. Huius aſſertionis priorem partem tradit Ariſtoteles in lib. de mem. & remi. cap. 1. & lib. 1. Metap. c. 1. lib. 7.

A Eth. c. 3. D. Aug. lib. 10. Conf. c. 17. & lib. 1. Muſi. c. 4. alijq; auctores communi aſſenſu. Eamque ſatis probant manifeſta memoriæ indicia, quæ in brutis deprehēduntur: quale eſt, vt alia omittamus, idē tidem certa loca, nidos, latibula repetere: & ſobolem ſuam dignoſcere. Item quia, vt tradit Ariſtoteles lib. 4. de hiſtor. anim. c. 10 & Plinius li. 10. Natur. hiſt. c. 75. compertum eſt præter hominem ſomniare etiam equos, canes, boues, oues, capras, B & denique genus omne quadrupedum & viuiparorum. Quod priuatim in canibus declarat ipſorum latratus per quietem. Non ſomniarent autem bruta, niſi haberent in ſomnis occurſantes præteritarum rerum imagines, aſſeruatas in interno ſenſu, haud dubie ad memoriæ munus. (Indicia memoriæ in brutis.)

Poſteriorem partem aſſertionis, videlicet memoriam non omnibus brutis cōuenire, tradit Ariſtoteles lib. de mem. & C remin. cap. 1. & 1. Metap. ca. 1. probaturque ex eo; quia quę ſolo guſtu & tactu prædita ſunt, ac res præſentes tantum dignoſcunt, memoria carent: veluti conchylia, cæteraq; eiuſmodi marinis ſcopulis adhærentia. Nec enim indigent memoria; cum hanc ob id potiſſimum natura brutis concedat, vt locum antea cognitum adire poſſint, noxium aliquid fugiendi, aut iucundum conſectandi gratia. (Quæ bruta careant memoria.) Vnde eſt etiam, quod nec omnia quæ D locum mutant memoriam habent; vt lūbrici, cochleæ, & alij quidam vermes, qui huc illuc vagantur, nec ad certa loca redire deprehenduntur. Sunt tamen, qui omnia, quæ quoquo modo mouentur loco, memoria pollere exiſtiment, vt D. Thomas 1. Metap. lect. 1. Sunt, qui non omnia, quæ ad eaſdem ſedes remeāt memoriam vendicare putent, vt M. Albertus trac. 1. eiuſdem oper. c. 6. ait enim muſcas, quas conſtat eundem cibum importunè repetere, non habere memoriā: E quod ex eo ſuadet, quia flabello repulſæ identidem ſe ingerunt: non enim id facerent, ſi plagæ acceptę recordarentur. Neutra tamen harum opinionum placet. Non prima; quia ſola mutatio loci non eſt ſufficiens memoriæ argumentū, cum videamus quædam animantia, vbi primum in lucem edita ſunt, confeſtim

ab vno

ab vno loco ad alinm progredi, quæ tamen memoriæ ductu nondũ agi quęſit, vt planum eſt. Non ſecnnda: quia muſcę non ex obliuione plagæ eo redeunt, vnde abiguntur, ſed quia ob ſtoliditatem, vrgente pręſertim rei delectabilis appetitu, minus ſibi conſulunt. Quin potius illa eiuſdem loci repetitio ſignum memoriæ eſt: nec enim eodem redirent, niſi loci memoriam haberent.

Muſcæ memoria præditæ ſunt.

Non eſſe negandum competere piſcibus memoriam.

Caput V.

QVæri ſolet, nũ memoria piſcib. inſit, an nõ? Ratio dubitãdi in eo eſt, quia animantia aquatilia ſunt deterioris notæ, q̃ terreſtria. Vnde Philo Iudæus in libro de Mũdi opificiõ ait, propterea Deum animãtium creationẽ à piſcib. inchoaſſe, quia eum ſeruare ordinem voluit, quem in ſuis rebus ſecutura eſſet in poſterum natura; quæ quidẽ à vilioribus incipiens deſinit in præſtantiſſima omnium: at aquatilium generi deſpicatiſſima inertiſſimaq́; obuenit anima, adeò vt præ terreſtrium comparatione quodammodo ſint animalia & nõ animalia, videaturq́; eis anima pro ſale indita, ne putreſcerent. Cum igitur nonnulla ex ijs, quæ in terra viuunt, careant memoria; conſequens videtur, vt eam piſcibus natura denegarit.

Secundò idem confirmatur, quia in præmolli & fluxa materia, qualis eſt piſcium, nequeunt typi & imagines impreſſæ conſeruari, ſed confeſtim defluũt & extinguuntur; vt ſi quis annulum in profugũ amnem imprimat. Tũ, quia memoriæ, vt & cæteris functionibus animalibus, non parum officit algor; quem tamen in natatilibus frigidiſſimi elementi indigenis abundare oportet: docente Galeno li.6 de vſu pa. c.9. & Ariſt.li.2. de part.anim.ca.2. & in li.de reſpir. c.6. contra Empedoclem, falsò putantem, ex animalib. calidiſſima eſſe aquatilia. Hiſce argumentis adducti fuere ad tuendam partem negatiuam nonnulli, quos refert refellitq́ue D. Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad lit. cap.8.

A Sed huius ſententiæ falſitas ex indicijs memoriæ, quæ in piſcibus deprehenſa ſunt, palam conuincitur. Conſtat enim, referente Plinio li.10 Nat.hiſt.ca.70 piſces in quibuſdam uiuarijs plauſu congregari ſolitos fuiſſe ex conſuetudine; imò & ad nomen uocatos aduenisſe in piſcinis Cęſaris, non confertim ſolum, ſed quoſdam priuatim. Quod certè non niſi ex plauſus, nominumq́; & pabuli memoria faciebãt. Quò etiam pertinet id, quod B idem Plinius lib.9.c.8. narrat de Delphino, qui quocunq; diei tempore inclamatus à puero, quamuis occultus atq; abditus, ex imò aduolabat, paſtuq́; pręebebat aſcenſuro dorſum, receptumq́; per mare in ludum portabat ac reuehebat. Secundo idem ea ratio perſuadet, quia memoria, vti ſuperius diximus, ob id maximè à natura tributa eſt, vt animantes ad definita loca commodi alicuius gratia ſe conferant: certum verò eſt, piſces in eaſdem C ſpeluncas, eademq́; domicilia, ſtatis temporibus ſeſe abdere, indeq́; egreſſos eodem rurſus commeare. Hanc opinionẽ, quę Philoſophorum communis videtur ſecutus eſt D. Tho.1.p.q 72.ar.1.cum D. Auguſtino loco cit. etſi aliter viſum fuit D.Baſilio hom.8.in Geneſim.

Similit ſcripſit nõ dele.lib.3. depi ca.3. & l.4.c 10. Porphir. li.2. de abſtinentia.

Argumenta uerò, quæ in contrariam partem adduximus, ſic erunt explicanda. Circa primum fatendum, aquatilia generatim loquendo tam volatilibus quam D terreſtribus deteriora eſſe: vt aſtruit D. Thom.1.p.q.81.art.1.& q.72.art.1.cui rei vel id argumento eſt, quod hæc pluribus & abſolutioribus organis ad operationes ſuas obeundas inſtructa ſunt. Secundò, quod ſenſus habent acutiores, earumque nonnulla diſciplinam capiunt: quod piſcibus non conuenit. Item quia nobiliorem procreãdi modum vẽdicant: piſces.n. maiori ex parte oua tantum generant, eaq́; imperfecta: qui gignẽdi mo- E dus deſpectior eſt. Diximus maiori ex parte, quia non totum piſcium genus eſt ouiparum, id eſt, non animal, ſed ouum pariens: cum quidam ſint viuipari, id eſt, non ouum, ſed viuum animal parientes: vt piſtris, balæna, vitulus. Quod teſtatur D. Baſilius hom.7. in Geneſin, Plinius l.9 c.13. & c.51. Rondeletius l.4. de Piſ.c.3. poſt Ariſt.3. de Gen.anim.c 3.& 5. quã

Sol.arg. partis contrariæ.

quam vniuerſum piſcium genus eatenus ouipatum dici poſſit, quatenus omnes piſces aut intra ſe, aut extra, oua pariunt. Ex dictis tamen non neceſſarió cõcluditur, omnia, quę in terreſtrium & volatilium generibus numerantur, excellẽtiorem naturam, quam aquatilia omnia ſortiri: alioqui muſcæ & vermes perfectiores eſſent crocodilis, delphinis, balęnis.

Nec nobis omnino probatur ſententia Philonis, dum piſcium genti uſque adeò detrahit, ut eos vix animantium appellatione dignetur, tantumque eis pro ſale animam det. Licet enim id uerũ ſit de ijs, quæ marinis affixa ſcopulis ſtabilem ſedem habent, & ad ſtirpium naturã propè accedunt; haudquaquam tamen de uniuerſo piſcium genere probe dictum haberi debet: vt facilè perſpiciet, qui expenderit, quæ de eorum ingenio, ſtratagematis, uafricie, & quorundam adumbrata prudentia auctores prodiderunt. Ariſtoteles lib. 8. de Hiſt. anim. ca. 13 & lib. 9 cap. 37. Plutarchus in lib. de animal. induſt. Plinius lib 9 Nat. hiſt. D. Baſilius orat. 19. de Prouid. D. Ambroſius lib. 5. Hexam. ca. 10. Opianus lib. 3. Rondeletius lib. 4 de piſcib. cap 11.

Ad ſecundum argumentum dicito: nimiam mollitudinis & frigoris exſuperantiam impedire concentum primarum qualitatum, organo memoriæ neceſſarium; atque adeò non poſſe in eo memoriam conſiſtere: uerum etſi piſces molli & frigida ſint natura, non tamen in ijs adeò vehementem eſſe eiuſmodi qualitatum exceſſum, vt memorię neceſſariũ temperamentum labefactet.

De organo memoriæ ſenſitiuæ. Caput VI.

Vide Cæ. Rho. li 3 cap. 29. & l. 20. ca. 8.

COmmunis Philoſophorum ſententia eſt, quam tradit D. Nemeſius in lib. de Nat hom. cap. 13 & D. Damaſcenus lib. 2 fid orthod. cap. 20. D. Thomas in 1 d 3 q. 4 art. 1. ad 2. M. Albertus in ſumma de homine, tract. de memoria, Auicenna lib 6 Natur. memoriam ſenſitiuam (vt dicemus in lib. de Anim.) edé habere in poſteriori parte capitis, quæ occipitium vocatur. Id quod multis indi-

Occipitiũ ſedes memoriæ.

A cijs comprobant: primum, quia læſa ea parte offenditur memoria, & eo loco percuſſos, rerũ cepit obliuio. Secundo, quia eius partis ſoliditas ob id potiſſimum videtur procurata a natura, vt tenacius hęreant infixæ ſpecies. Poſtremo, quia cum recordari volumus, quaſi natura nos docente occipitiũ ſcalpimus, vt memorãdi vim quodãmodo excitemus & acuamus.

Hæc tamen de ea memoria intelligi debent, quæ ſpecies proximè ab imaginatrice facultate ſibi commiſſas reſeruat. Nam quæ ſenſus communis theſaurus eſt, anteriorem cerebri partem occupat. Niſi quis malit vnam tantum dari memoriam ſenſitiuam, quæ tam rerum ſenſatarum, quam non ſenſatarum typos recondat. Cui opinioni proxima argumenta non parum afferunt probabilitatis.

Frigus non concurrere per ſe ad actiones uitæ. Caput II.

C MEmoriæ ſeu memoratricis facultatis duo ſunt actus: vnus, qui accepto a potentia nomine Memoria vocatur; alter qui Reminiſcentia dicitur. Memoria definitur a Philoſophis, rei antea cognitæ, vt cognita eſt, repetita cognitio: ſiue regreſſio ad notionem eius, quod fuit ante apprehenſum, prout apprehenſum fuit. Etenim ſiquis eliciat cognitionem rei ſibi antea prorſus ignotæ, D aut rei quam prius nouit, ſed omnino exciderat, non dicetur recordari: quia nõ cõſiderat rẽ, ut ab ſe antea cognitã. Vnde eſt, quod (vt 1. ca. huiuſce libri Ariſtoteles docuit) memoriæ ſolæ res præteritæ ſubijciuntur: quẽadmodũ externo ſenſui tãtum præſentes, & ſpei, futuræ duntaxat. Sed erit qui nobis opponat auctoritatem D. Auguſtini, li. 14. de Trinit. cap 11. vbi ita ſcribit: [Non ſolum præteritorum eſt memoria, ſed etiam E præſentiũ. Vnde Virgilius de Vliſſe ait

Lege & caput 2. eiuſdem lib.

—Nec talia paſſus Vlyſſes.
Obliuſue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. Li. 3. Ae.

Cũ.n. ſui non oblitũ diceret Vlyſſem, quid aliud intelligi voluit, niſi quod meminerit ſui? cum ſibi ergo præſens eſſet nullo modo ſui meminiſſet, niſi ad res præſentes memoria pertineret.] Hæc D. Au loco ci-

quæ

quæ repetit in epiſt. 71. ad Nebrid. ũ. A Occurrendum tamẽ, paulò latiùs ac minùs propriè ſumptum illic ab eo, & à poeta memoriæ nomen: quod ſi propriè vſurpaſſent, neutiquam ad rerum præſentis cognitionem extendiſſent.

Obiect. Obijciat rurſum aliquis, non videri memoriam rectè definiri cognitionem rei cognitæ, vt cognita eſt: quod res cognita, vt cognita, non poſſit cognoſci, niſi ipſe cognoſcendi actus percipiatur; cùm tamen nulla potentia corporis or- B gano affixa ſupra ſuum actum reflecti poſſit, vt eſt communis philoſophorum ſententia.

Dilutio. Reſpondendum, ad actum recordandi non eſſe opus, vt potentia ſuſmet actum abſtractè ſumptum liquidòve cognoſcat (id enim ſoli immateriali facultati conceditur) ſed ſufficere, percipere illum quoquo modo, videlicet acceſſoria quadam ratione & concretè; prout inuoluitur in perceptione rei cognitæ, ut cognita eſt. Qui modus reflectendi C ſupra proprium actum etiam potentijs inſidentibus organo corporeo cõuenire poteſt.

Lege Ariſto. cap. 2. lib. de memoria, & reminiſc. Reminiſci verò, vt etiam loco citato Ariſtoteles explicat, dicitur quiſpiam, cùm ex alio aliud ei incidit: vt cum ex lacte in candorem progreditur, ex candore in aera, & ab hoc in humorem, ex quo ei tandem Autumnus, qui exciderat, in mentem venit. Et D. Auguſt. li. 6. Muſicæ cap. 8 [Quid aliud inquit, agi- D mus, cùm reuocamus nos in memoriã, niſi quodãmodo quod repoſuimus quærimus? Recurrit autem in cognitionem occaſione ſimilium motus animi non extinctus, & hæc eſt, quæ dicitur recordatio.] His ſimilia ſcripſit Plato in Philebo. Alex. lib. 3. Natu. quæſt. Themiſtius etiam 2. libro ſuæ paraph. cap. 4 Reminiſcentiam definit reducem, & quaſi redïuiuam memoriã, ſiue renouationem memoriæ collapſæ: cùm unus motus animi recogitando alterum trahit, ut unus annulus alium in E catena. Licebit tamen eandem apertiùs, & enucleatiùs definire hunc in modum: Reminiſcentia eſt progreſſio, qua potentia memorandi, ex aliquo aliquibuſue memoria comprehenſis, uenit in cognitionem eius, quod nec memoriæ occurrebat, nec à memoria penitus exciderat. Exempli gratia, ſi quis heri librum in lo- A co aliquo repoſuit, cuius loci ei in mentem hodie non venit, & vt ipſum in memoriam reducat, loca vbi heri fuit, & eos quibus cum locutus eſt, animo repetat, tandemq́; ex alicuius memoria occurrat menti locus, vbi librum reliquerat, dicetur loci illius reminiſci, cuius antea ſimpliciter recordari non poterat.

Ex quo perſpicuum fit, plura ad reminiſcentiam exigi, quam ad memoriam: licet enim ambæ in eo cõueniant, quòd B nec meminiſſe, nec reminiſci poſſimus eius rei, cuius in nobis ſimulacrum euanuit; ita vt eam nec per ſe primo concipere, nec ex alia ad eius apprehenſionem deuenire valeamus: tamen vt memoremur, ſat eſt rem antea cognitam, vt cognitam apprehendere; ad reminiſcendũ verò requiritur antecedẽs obliuio, cum notitia iterata alicuius rei, quæ non exciderat, & ex qua eius, quã inquirimus, notionem conſequutione quadam & di- C ſcurſu prouehimur. Vnde (vt in 4 huius libri capite aduertit Ariſtoteles) cùm memoria etiam brutis animantibus cõpetat, ſolus homo reminiſcendi uim habet, ſicuti & in eo duntaxat ratiocinatio & diſcurſus reperitur. Ideoq́; ut idẽ c. 1. dixerat, qui celeritate ingenij ualent, facilius reminiſci queunt: quia uidelicet, in diſcurrendo expeditiores ſunt. Lege Platonem in Philebo, Plotinum in li. de ſenſu & memoria, Themiſtium hoc loco, 2. lib. ſuæ paraphraſis c. 15. D. Th. 1. par. D q. 78. ar. 4. & ex recentioribus Ferneliũ lib 6 ſuæ Phyſiologiæ, cap. 14.

Auic. 6. Nat.

Quòd in huic imaginatiua diſcurrat circa ſingularia, aſſerit D. Th. 1. p. q. 78. art. de potẽ. 4. & in op. 2. c. 4. Aui. Nat. p. 4. c. 2. Auic. 2. de ꝛle cõmu. 6 2. Capr. in 4. d. 10 q. 4. artic. 3. Sonc. 10. Metaph. q 16.

Nonnulla hic aduerte. Primum ſit: cũ ad reminiſcẽtiam diſcurſus requiratur, non poſſe eam perfici, niſi accedente miniſterio eius potẽtiæ internæ, cui diſcurſus tribuitur, quæ utrum ſit imaginatiua duntaxat, an etiam memoria ſenſitiua (ſi præter ſenſum communem plures interni ſenſus ponantur) in libris de Ani- E ma diſcutiemus.

Secundum eſt reminiſcentiam tribus minimùm actibus conſtare: memoria alicuius aliquorũmue, inueſtigatione, ſeu diſcurſu ex ijs ad id quod quæritur, & inuentione eius quod partim exciderat, nec tamen penitus euanuerat.

Tertium eſt: licet animæ ſeparatæ cõueniat recordatio, ut 2. huius operis c.

cſten-

A

oſtendimus; non uideri tamen ei reminiſcentiā competere; quia reminiſcentia ſupponit obliuionem; obliuio ſūt naſcitur ex imperfectione organi corporei, cuius craſſitudo & defluxus, alijq; eiuſmodi materiales affectus in cauſa ſunt, ut rerum imagines oblitterentur & euaneſcant, atque ut, etiam dum nitorem ſuum habent, interdum conſopitæ ſint, nec ad memorandi actū prodeant. Cùm igitur anima à corpore abiuncta non utatur materiali organo, non uidetur in

B

eam, ac multo minùs in Angelos, reminiſcentia cadere.

Obiect. Verùm non deerit fortaſſe, qui probare contendat, immeritò brutis omnibus reminiſcientiam denegari; cùm eorum nonnulla ex alijs alia videantur deducere & colligere. Nam, ut cætera ommittamus, celebre eſt id, quod in libro de induſtria animalium Plutarchus commemorat de Vulpe. Hæc glaciatum flumen tranſitura, primum leniter ſupra

C

glaciem incedens auriculam admouet; tum ſi aquæ ſubterlabentis ſonum percipiat, gradum ſiſtit, nec, niſi aliquid uehemēter urgeat, pedem promouet; ſi uerò ſtrepitum nullum audiat, traijcit, ita videlicet argumentans: Quod ſtrepit, mouetur: quod mouetur, non eſt fixum: quod non eſt fixum, diffluit & cedit: ſubmergat igitur, ſi hac ire pergā. Nec his diſſimilia ſunt, quæ eodem loco narrat idem auctor de Cane feram perſequen

D

te, qui cum in viarum diuortia peruenerit, vbi olfactum deprehendit vna via feram non abijſſe, alteram nihil iam olfaciendo mox arripit, vtique colligens per eam diuertiſſe, quia per aliam non diuertit.

Hæc de eād. ſcribit D.Baſil. homil. 9. Hexā. D.Ambr. lib.6.Hexa.cap.4.

Solutio. Ad hoc argumentum reſpondendum eſt, quod in Phyſicis diximus, hæc aliaque eiuſmodi, quæ in quibuſdam belluis cernuntur, non indicare conuenire

E

eis verum diſcurſum, ſed quandam illius imaginem & imitationem ad quam ſat eſt naturalis inſtinctus, qui in quibuſdam magis, in alijs minus excellit.

De vtilitate Memoriæ, eiuſque admiranda & abſtruſa vi.

Caput VIII.

Qvanta ſit vtilitas memoriæ, cōſtat ex eo, qđ parum omnino referret tam multa legere, audire, animaduertere, niſi illa memoriæ tradita quaſi tabellis recondita aſſeruare poſſemus. Fuit profectò hoc nobis à Deo aduerſus rerū ignorationē & obliuionem datum remedium ac ſubſidiū. Vnde Plutarchus in lib. de Educat. lib. vocat memoriam cellam penariam diſciplinarum. Et in fabulis eſt, ſcriptumq; ue à Platone in Thegteto, memoriam eſſe matrem Muſarum: Itemque ſapientiam eſſe memoriæ & experientiæ filiam. Illud certè memoriam mirifice commendat, quòd abſque illa nemo abſolutam prudentiæ rationem obtinere queat; cùm ad rectè iudicandum de ijs quæ agenda ſunt, quod prudentiæ munus eſt, multum conferat præteritorum recordatio & experientia: quæ teſte Ariſtotele 1. Metaph. cap. 1. ex multarum rerum memoria coaleſcit. Vnde eſt, quòd memoria ab Ariſtotele libro 6. cap. 5. à Tullio lib. 2 de Inuent. & D. Thoma in 22. quæſt. 49. art. 1. alijſque Philoſophis cō muni aſſenſu inter prudentiæ partes (integrantes videlicet) numeratur.

Lege Tertul. in lib. de anima cap. 24. Tullium 1. de Ora. Celiū lib. 3. ca. 4. & lib. 10. ca. 15.

Tanta verò, tamque recondita memoriæ vis habetur, vt ea vnum ſit ex ijs, quæ nos mirari natura voluit, ſcire autem noluit. Quis nō miratur, qua ratione memoria in ſuis theſauris tam multa tamque diuerſa excipiat, neque tamen ea confundat, ſed diſcretim ſincera conſeruet? Quo nexu, quæ apud illam tanquam commiſſum repetituri depoſuimus, ita collocata & ordinata ſint, vt & vnumquodque ſeparatim, & cuncta confertim, & ſingula ordinatim expoſcere & digerere valeamus? Quo pacto fiat, vt quis ex aceruo ſpecierum per horæ ſpatium, ita ut priùs audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficiat, orationem, ne mutata quidem ſyllaba, continuata ſerie, alia ex alijs coniungens ſuo loco depromat; nec in ipſa de

prom-

promptione, atque recenſione imago vna aliam impediat, aut interturbet? Quo item modo alias, cùm poſcimus vt proferatur quod volumus, quædam præaltè condita obliteſcant, nec ſe foras dent? ſed eorum loco alia proſiliant in medium, quaſi rogantia num ipſa quærantur: alia confeſtim imperturbata facie in apertum exeant: alia paulò pòſt tanquam de abſtruſioribus receptaculis eruantur. Quo pacto quæ euanuiſſe videbantur, vnius admonitione connexa quodam choro ſubeant, &c. Certè in hoc naturæ miraculo præſtat cum D. Auguſt. lib. 10 Conf. cap. 8 & Theodoreto in lib. de Nat. hom. ſola admiratione contentum eſſe, quàm alienam & inidoneam cauſam afferre. Lege tamen, ſi placet, nonnullam eius rei inueſtigationem apud Fracaſtorium 1 lib. de intellectione.

Lege & D. Aug. 11. de Trin. c. 8.

Quibus rebus memoriæ bonitas conſtet, aut vitietur: & qui memoriæ laude floruerint aliquando? Caput IX.

PОrro vt memoriæ bonitas conſtet, requiritur ex parte organi, tùm mollitudo, tum durities, ad congruam temperiem ſibi mutuò fœderatæ: mollitudo quidẽ, vt facilè imbibat rerum notas, durities, vt ſimulacra inuſta retineat, & conſeruet. Ob defectum mollitudinis ſenes præcipiti iam ætate, quibus humido natiuo magna ex parte conſumpto membra inareſcunt ac rigent, difficilis ſunt memoriæ; qui ob id etiam indies quæ didicerant obliuiſcuntur, quia exoleſcunt in eis quaſi in ruinoſis ædificijs depictæ rerũ imagines; nec defluxum materiæ, in qua illæ obſignatæ ſunt, quantum opus eſt compenſant. Ob defectum congruentis duritiæ admodum pueri, quos conſtat præhumidum habere cerebrũ, parùm memores ſunt: quanquam eis ad memorandũm opituletur alia cauſa, quam tradit Ariſtoteles in probl. ſect. 30. quæſt. 4. videlicet, quia nondum multa perceperunt: intellige, quorum imaginibus organum memorãdi nimis occupatum ſit. Nec enim nega-

Ariſt. lib. de memo. & remini-ſc. cap. 1.

Senes obliuioſi.

Pueri lubrica memoria.

A ri debet, ipſam ſpecierum multitudinem & colluuionem fatigare quodammodo potentiam, ac nonnunquam actum memoriæ interturbare, dum earum occurſu, res alijs ſeſe menti ingerunt. Vnde eſt etiam, vt ibidem Philoſophus aduertit, quòd meminiſſe ea meliùs valemus, quæ manè percipimus, quàm quę procedente die, cùm iã obiectarum rerũ turba per ſenſus intrans animi intentionem diſtraxit.

B Non ſolùm autem nimia ſiccitas & humiditas ætatibus ceteris propriè memoriam vitiant aut impediunt; ſed etiam, cùm ex morbo, aut alia quauis ratione inducuntur. Vnde Galenus lib. 3. de loc. aff. & cap. 5. agens de lapſa obſcuritatem memoria, refert quendam ſe nouiſſe, qui exſiccato organo ob aſſiduitatem in ſtudijs atque vigilijs memoriam penè amiſerat: & agricolam, qui ob labores, quos vites colendo ſubierat,

C ſimulque ob victus tenuitatem, eodem modo affectus eſt. Quamquam in ijs cauſa deficientis memoriæ potuit quoque eſſe exſuperantia caloris natiui in ſcholaſtico ex agitatione ſpirituum, in caput ſubeuntium ob vehementem animi intentionem; & in agricola, ex motu corporis diuturno vehementi: motus enim calorem gignit, & quidem animãtibus, potiſſimum propter effuſionem ſpirituum ad extimas partes, vt alibi expoſuimus.

D Sanè quidem, licèt obliuio alumnã ſit excedentis humiditatis, ſicut retẽtio ſiccitatis; tamen aliarum etiam primarum qualitatum exuperantia memoriam labefactat: præſertim frigoris, quod oẽs animales functiones torpidas reddit, & ipſius vitæ fundamenta quatit. Speciatim autem ad ſeruandã memoriã, docẽt Medici abſtinendum ab ebrietate, & à copioſo vini potu, à cruditate ventriculi omniq; ſatietate, à fructibus viridibus

E & oleribus, à lacte, caſeo & carnibus ſalitis, omnibusque flatum generantibus, à piſcium fluuialium, & anguillarum præſertim, eſu.

Læditur autem memoria, nunc ad tẽpus, nunc citra regreſſum; ac nonnunquã ex toto labefactatur, alias ex parte. Nec quicquam, inquit Plinius lib. 7. Na. hiſt.

hiſt. c. 24 [æquè fragile eſt in hominum vita, morborū & caſus iniurias, atque etiam merus ſentiens. Ictus lapide oblitus literarum eſt: è tecto lapſus, matris & affinium propinquorumque: alius ægrotus (eius nominis etiam) ſui verò nominis Meſſala Coruinus.] Præter hos noſtra quoque ætate Cornelius Ianſenius literis oblitus fuiſſe dicitur: qui tamen, editis in Sacram ſcripturam egregijs commentarijs, perpetuam ſui memoriam poſteris reliquit.

Sed quemadmodū multa ſunt noxia memoriæ: ita non pauca, quæ eidem proſunt, eamque vim acuunt. Et, vt cætera omittamus, ſcitum eſſe artem comparandæ memoriæ per medicamēta; cuius artis beneficio quidam noſtra ætate in magna admiratione fuerunt. Namque innumerabilia penè vocabula Græca, Latina, barbara, ſiā, nullo nexu cohærentia, quæ ſemel audiſſent, mox ſine vlla hæſitatione reddebant: nunc eodem quo acceperant ordine; nunc itaq; vt primum tertium, quintū, & ſic deinceps, ac denique vt rogabātur, ſine errore, tanquam è charta referent.

D. Th. 1. 2. qu. 49. art. 1. Cæ lius lib. 10. cap. 6 Solinus in Polyhiſt c. 7. Tullius Aca. quæ ſt. edit. 1. lib. 2.

Communis ars excolendi ſine medicameris memoriam, eſt exercitatio. Nam teſte Quintiliano lib. 11. Orat inſtit. cap. 2. nihil æquè vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare magnopere iuuat, quotidie aliquid memoriæ tradere, ac præcipuè vbi ſe quis primùm in ligata, deinde in proſa oratione addiſcenda exercit: quædam addiſcere omnino diuulſa, ac ſine numeris, & magis ab vſu remota, qualia ſunt Iuriſconſultorum. Difficiliora enim, inquit, ille, debent eſſe quæ exercent, quò ſit leuius ipſum illud in quo exercent, vt Athletæ ponderibus plumbeis aſſueſaciūt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum eſt.

Item Cælius Rho. lib 10. ca. 10. Alexan. ab Alex. lib. 6 c. 18. Mutius 3 Variar.

Fuerunt autem priſcis temporibus inſignia memoriæ exempla, quæ Plinius lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 24. Seneca in prologo declamationum, Quintilianus loco paulo antè citato commemorat. Mithridates rex Ponti, duarum & viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione ſingulas abſque interprete allocutus. Craſſus ille diues,

A cum Aſiæ præeſſet, quinque Græci ſermonis differētias ſic tenuit, vt qua quiſque apud eum lingua loqueretur, eadem ei reſpōderet. Cyrus Perſarum rex in numeroſiſſimo exercitu omnium militum nomina tenuit. Theodectes quamlibet multos verſus auditos mox reddidit. Charmides in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræſentauit. Cyneas Theſſalus, miſſus à Pyrrho legatus de pace ad

c. 1. Solin in Polyhiſt. ca. 7. Valerius Max. lib. 8. tit. 7.

B Romanos, poſtero die nouus homo & ſenatū & totam vrbanam plebem ſenatui circumfuſam nominatim ſalutauit. Denique de ſua memoria ita ſcripſit loco paulò antè adducto Seneca: Cùm multa iam mihi ex me deſideranda ſene ctus fecerit, oculorum aciem retuderit, aurium ſenſum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit: inter ea quæ retuli memoria eſt, res ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis,

Quiſnam hic Seneca fuerit, ſcripſit Volaterranus li. 19. Iuſtus Lipſi° 1. Electorum.

C in quam primùm ſenectus incurrit. Hāc aliquando in me floruiſſe, vt non tantùm ad vſum ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta referebam: & ab his, qui ad audiendum præceptorem noſtrum conuenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cùm plures quàm ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vſque ad pri-

D mum recitabam. Nec ad complectenda tantùm, quæ vellem, velox erat mihi memoria; ſed etiam ad continenda, quæ acceperat.

Solutio aliquorum problematum, ad memoriam ſpectantium.
Caput X.

E NVnc quæſtiones aliquot ad memoriā pertinētes breuiter diluemus. Prima hæc eſto: Cur non omnia, quæ externis ſenſibus percipimus, manent in memoria, ſed pleraque excidunt? Reſponſio: Quia aut eorum imago in organum memoriæ non imprimitur, ob ineptitudinem organi ad illa recipienda aut ſeruanda; vel ob remiſſionem apprehenſionis, vt paulò poſt dicemus; vel certè quia imago impreſſa decurſu temporis

poris euaneſcit. Plato in Theæteto [Quidquid eorũ, quæ aut videmus, aut audimus, aut ipſi cogitamus, meminiſſe cupimus, inſinuantes ipſum ſenſibus, intelligentijſq; veluti annulis ſignantes, exprimimus, quodq; ſignatũ fuerit meminimus, & ſcimus, quoad figura permanet: at cum aboletur, vel inſcribi nequit, obliuiſcimur atque neſcimus.

2 Si rerũ ſimulacra, quæ memoriæ inuruntur, contrarium non habent, à quo perimantur, nec eorum conſeruatio à re obiecta pendet, cur ea ſæpenumero etiã in florida ætate, integro ſenſorio emoriuntur & abolentur? Reſponſio: Quia actione caloris, toto vitæ tempore humidum abſumentis, & incurſu aliarũ qualitatum, obſcurantur indies & effluunt prædictæ imagines, donec ex toto pereant niſi per actus memorandi inſtauretur, & quaſi nitorem genuinum recuperent.

3 Cur ea, quę alijs reb. intenti, vel etiã ſomniantes apprehendimus, facilè obliuiſcimur? Reſponſio: Quia tunc facultas memorandi remiſsè operatur, ſi militerque alij ſenſus, qui in memoriam agũt; atque ita diſſolutę tantum & euanidę imagines exprimuntur. Galenus li. 2. de motu muſculorum: [Vis memorandi, ſi inſignes impreſſiones rerum imaginatione conceperit, conſeruat eas perpetuò; atq; id quidem eſt memoria tenere. Sin obſcuras, & veluti ſuperficiarias, non cõſeruat, & hoc eſt obliuiſci: ob idq; multi in vehementibus animi affectibus nullius eorum, quæ egerint, in poſterũ meminerunt. Quid igitur mirũ eſt, in ſomnis obſcurè agente anima obſcuras etiã imaginationes fieri, ideoque neque ſtabiles; cum id etiam in vigilijs contingat?

4 Cur non ijdem, & ingenioſi ſunt, & benè memores; ſed contrà ſępe accidit, vt qui tenaciori ſunt memoria, minus celeri & acuto polleant ingenio? Reſponſio: Quia ingenij pręſtantia conſiſtit in celeritate quadam mentis, & facilitate ad ratiocinandum, inueſtigandum, & inueniendum: hæc autem celeritas pendet ex acumine & promptitudine internorum ſenſuum, pręſertim cogitatricis facultatis, quę, dum intellectus ratiocinatur, ipſa etiam circa ſingularia pariter diſcurrit: durities autẽ cerebri, quę inflexibilis eſt, facitque vt rerum idola tenacius hęreant, celeritatem cogitatricis potentię cohibet ac demoratur; ſicque id quod memoriam diuturnam reddit, ingenium hebetat. Si tamen cerebri ſubſtantia ita affecta ſit, vt organum cogitatiuę magis ad humiditatem, organum memorię magis ad ſiccitatem vergat (quod interdum accidit) erit idem tenaci memoria & acuto ingenio. Lege Ar. c. 2. de memor. & rẽ.

5 Cur integrę quędã nationes memoria parum valent, vt Thraces? Reſp. Quia ſoli cœliq; natura & ſiderum influxus, qualitates memoriæ aduerſas imprimũt. Vnde & Thebanos ingenio pingui, Athenienſes perſpicaci & acuto fuiſſe, refert M. Tullius, in lib. de Diuinat. quia Thebis craſſus aer, Athenis rarus ac ſubtilis contingit.

6 Si ſpecies hęrent ſpiritibus animalibus, qui non ſolum vago motu huc illuc oberrant in corpore, ſed etiam per meatus & poros foras euolant, qui fieri poteſt vt vllius rei ſit memoria diuturna? Reſp. Quia licet nonnullę ſpecies animalibus ſpiritibus inſideant, eorumq; vehiculo, ab externis ſenſibus, ad internos traijciantur; tamen ab ijs ſpeciebus imittuntur aliæ cõſimiles in ipſam ſubſtantiam cerebri, & in organum memoriæ, à quibus memorandi actus elicitur, quęque firmę ac ſtabiles eſſe queunt.

7 Qui fieri poteſt, ut ſenibus ob nimię ſiccitatis accrementum memoria deficiat, cum videamus eos pituita & humoribus, quos aſſiduè exſcreant, abundare? Reſp. Quia licet ſenes humorib. aduentitijs & noxijs ſcateant, deſeruntur tamen ab humido natiuo, cuius idonea commixtio organum memoriæ attemperat. Galen. 3. de loc. af. cap. 4.

8 Cur bruta quędam, vt canes & equi, multo melius recordantur itinera, viarum flexus, diuerticula & loca, quę uel ſemel adierint, quam homines? Reſpon. Quia cum bruta, dum iter peragũt, alijs rebus internos ſenſus non diſtrahant, totam memorię uim ijs quę intuentur percipiendis occupant, ſicque firmiſſimè ea retinent: dummodo non eis deficiat congrua temperies in ipſo organo: ea- De memoria quorũdã brutorum.

demque

A demq; cauſa eſt, cur homines agreſtes & bardi, qui ad brutorum ingenium accedunt, talium rerum faciliùs quàm cæteri recordentur.

Ariſt. lib. de mem. & remin. cap. 2.

9 Cur iuuenes melioris ſunt memoriæ, quàm pueri & ſenes? Reſp. Quia illos temperata humiditate, hos temperata ſiccitate vincunt: ideoque tenaciùs quàm illi conſeruant, faciliùs quam hi imprimunt.

10 Cur melancholici diuturniori valent memoria? Reſp. Tum quia organa ſicciora habent, proindeque ſi. minus retinentia: tum quia diutiùs cogitant, ſeriùs ac lentiùs apprehendunt, atque adeò alterius infigunt.

11 Cur q. nõ ſtes deducti ſunt in ſomnes, minùs memores redduntur? Reſp. Quia humores, qui ſomno erãt abſumendi, cõgruam organi ſiccitatem impediunt.

12 Cur eorum quæ amamus, difficilè obliuiſcimur? Reſ. Quia de ijs aſſiduè loquimur, diutiùs & attentiùs cogitamus.

C

De hac re Galen. 1. li. de differẽtijs ſympt. & de cauſis ſympto.

13 Quid cauſæ eſt, cur in quibuſdam imaginatio lædatur non læſa memoria; & contrà? Reſp. Si ponamus, memoriam & imaginationem non in eadem parte cerebri reſidere, in promptu cauſa eſt: nimirum quia læſio potentiarum accidit ob intemperiem organi; at non quoties

A in vna parte cerebri temperies amittitur, in alia ſimul amitti neceſſe eſt. q. ſi in eodem organo, eademque parte cerebri ii ſint memoria & imaginatio, adhuc non repugnat vna incolumi alteram offendi; quia mutatio temperamenti, quæ ſat eſt ad turbandum imaginandi officium, non continuò ſufficit ad impediendam functionem rectè memorandi; aut contrà. Aduerte tamen, etiam in hac ſententia, conſtituente memoriam B & imaginationem in eadem cerebri cauitate, ponendam eſſe ad officia memoriæ & imaginationis partem vnam humidiorem, quæ promptè recipiat: alteram ſicciorem, quæ diu retineat.

14 Cur ebrij, irati, & timore exterriti, ægrè recordantur eorum, quæ ipſis, dum ita affecti eſſent, acciderant? Reſp. Quia vehemens motus, vaporem & ſpirituum agitatio, quæ hos affectus ſequitur, imaginum impreſſionem impedit. C Quinetiam interdum ingenti timore perculſis rerum præteritarum memoria excidit, ob aliam cauſam: nimirum quia confugientibus ad præcordia ſpiritibus, & vnà cum ijs calore, partes cerebri, in quibus memoriæ officina eſt, ità frigore occupatæ addenſatæq; fuerunt, vt rerum imagines aboleuerint.

Lege Ariſtot. ca. 2. de mem. & remin.

IN LIBRVM DE SOMNO, ET VIGILIA.

Quidnam Somnus ſit? *Cap. I.*

De hac re Plato 9. de Repu. Plutarc lib. 5. de plac. c. 24. 25. Galen. 2. Aphoriſ. 3. aph. Lact. lib. de opific.

QVia ſomnus priuatio quędam eſt vigiliæ; & omnibus priuatio per formam, quam negat, definitur & innoteſcit: acturi de Somno, priùs quid Vigilia ſit explicabimus. Eſt ergo Vigilia omnium externorum ſenſuũ, at ſaltem aliquorum, ſolutio & libertas. Somnus verò, eſt ligatio omnium ſenſuum externorum, ad animantium quietem, & ſalutem inſtituta. Dicimus, omnium ſenſuum externorum: quia ſi vel unus ſenſus non ſit conſopitus, ſed vigilet, hoc eſt, in opus & actionem incumbat, non ſomnus, ſed vigilia dicetur: videlicet nomen rationeque ſomni plus negat, quàm vigilia exigat. Addimus, non omnium abſolutè, ſed externorum ſenſuum: quia vt animal dormire perhibeatur non opus eſt ligari etiã ſenſus internos. Adiecimus, ad animantium quietem &c. quia cùm ſenſus obtorpeſcunt, & morbis

Dei, ca 8. Tertull. in lib. de anim. ca. 4. Auerr. 2. colliger. c. 21. Ariſt. 2. & 3. cap. huius lib. & 6. Topic. ca. 3. Themiſt. c. 4.

alicuius

alicuius vi feriuntur (ut accidit ijs , qui ex lipothymia , epileſia , præfocatione, & id genus alijs penè mortui iacent) eiuſmodi quies non ritè ſomnus appellatur; quia non eſt inſtituto naturæ inducta in bonum animalis, ſed ad eius perniciem aliunde inuecta.

Quoniam verò, ut omnes potentiæ organo corporeo affixæ morte funditus intereunt, ſuisque actibus omnino priuantur ita ſenſus externi, dum ſomno tenemur, à functionibus ceſſant: ortum inde eſt, ut ſomnus (teſte Platone in Phædone) veluti mors quædam habeatur. Vnde Cic. in lib. de Sen. Nihil uidemus morti tam ſimile, quàm ſomnum. Et Virgilius lib. 6. Aeneidos:

Tum conſanguineus lethi ſopor.

Et ad huius imitationem, Seneca poeta in Hercule Furente:

Frater duræ languidæ mortis. Et Ouid.

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?

Aduertit autem Tertullianus, in ſuo lib. de Anima, ideo nobis in maxima uitæ quiete, hoc eſt, ſomno, mortis effigiē ræpræſentari, vt commoueamur, quales ante vitam ſine ſenſu fuerimus, quales poſt mortem ſine ſenſu erimus [Voluit, inquit, [Deus, & alias nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, paradigmate Platonico plenius humani vel maximè initij ac finis lineas quotidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei facilius addiuuandæ per imagines & parabulas, ſicut ſermonum, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi ſoporis eliſum, blanda quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit.] Hæc Tertullianus: apud quem lege, ſi placet, eodem in loco varias ſomni definitiones, quas Stoici, Epicurei, Anaxagoras, Xenophanes, Straton, alijque ex antiquis Philoſophis inuexerunt. Quæ tamen minùs ſunt ad rem aptæ, quàm quæ à nobis propoſita eſt.

Quo pacto ſomnus fiat?
Caput II.

QVia Somnus ligatio eſt externorū ſenſuum, videamus quiddam eam

A ligationem præſtet. Conſtat, nullum ſenſum in actione uerſari abſque ope ſpirituum è cerebro influentium, vt alibi ex inſtituto planum fecimus. Si igitur huiuſmodi ſpirituum communicatio inhibeatur, neceſſum erit omnes externorum ſenſuum functiones intermitti: inhibetur autem, cùm obſtruitur via, per quam ſpiritus commeant: quæ via pertingit ad aditum, ſiue oſtia communis ſenſus, in quem vndique velut in centrum

B externæ facultates, rerum perceptarum imagines quaſi lineas transmittunt; viciſſimque ab eo, ut à piſcina, ſpirituum animalium deriuationem excipiunt. Ob idque Ariſtoteles hoc in lib. cap. 3. appellauit ſomnum uinculum primi ſenſorij: quia videlicet, cùm præcluditur ſenſus communis uia, & primum ſenſorium ligatur, atque impeditur ne per ipſum è cerebro ſpiritus animales in ſenſus externos illabuntur, ſomnus

Somnus vinculum primi ſenſorij.

C exiſtit. Quamuis, vt alibi oſtendimus, in eo non ſit auſcultandus Ariſtoteles; quòd primum ſenſorium, ſiue organum ſenſus communis, non in cerebro, ſed in corde ſitum eſſe conſtanter affirmet. Si enim ita eſſet, oporteret remedia ad conciliandum ſomnum non capiti, ſed cordi applicare: quod à communi medicæ artis præſcripto, & conſuetudine abhorret.

D Porrò obſtruuntur ad ſomnum ſenſus communis oſtia, vaporibus potiſſimum è ventriculo in caput aſcendentibus; ijsdemque opplentur membranę circa cerebrū & uenæ: vnde & ſpiritus graues pigri & torpidi reddūtur. Atque hoc modo externi ſenſus ligantur, id eſt, nihil operis moliuntur: nec auditus quicquam audit, nec aſpectus uidet, nec olfactus odoratur. Quod D. Gregorius Niſſenus in lib. de Hominis opificio, cap. 13. in hunc ferè modum ediſſerit: [Quemadmodum ex terra irrigua uapores ab imo

E attrahuntur, maximeq; cum Sol radios calidiores ſpargit: ita in noſtri opificij ſolo euenit, cibis intra nos per innatum calorem ebullientibus. Cumque uapores natura ſurſum tendant, fit ut non aliter ac fumus per ipſas membrorū quaſi parietum commiſſuras penetrent, & in ſuperiora capitis euadant: inde uerò ad

meatus

meatus organorum ſenſus delati, paſſim ſe permiſcent, ſicque ſenſuum omnem otioſum reddi neceſſe eſt.

Quod vt planius intelligas, aduerte, cum quis ſe quieti dat, refrigeratio mox aliquantulum cerebro (otium namque frigiditas comitatur) addenſari & concreſcere in eo vapores: eo modo, quo halitus coit & in aquam vertitur, tum in operculo ollæ ad ignem feruentis, tum in pyramide ſeu cuſpide vaſis illius: quod quidem ſublimatorium vocant, vulgò alambicum. Sic igitur exhalatio addenſata, iterumque inferiorem locum ſuo pondere capeſſens, obturat meatus, per quos ſpiritus animales ad externorum ſenſuum domicilia effundendi erant. Sed enim iſtiuſmodi obſtructio non ſolum impedit deſcenſum ſpirituum animaliū è cerebro, ſed etiam aſcenſum vitalium è corde ad idem cerebrum: cuius commercij interſtitium & feriatio quamdiu durat, tamdiu ſomnus perſeuerat. Oportet autem prædictam obſtructionē haud nimium pertinacem eſſe, ſed mediocrem: qualis fit vaporibus elatis è ſucco vtili. Nam qui è ſucco v.g. vltra modū craſſo, & frigido excitantur, hi ligationem ſenſuum præter naturam, ac minimè ſalutarem inferunt.

Opinio Commentatoris, & Galeni de cauſa ſomni.

Cæterum Auerroes 2. Coll. 23. & Gal. 1. de cauſ. Sympt. ca. vl. & 3 de cauſ. pulſ. ca. 9. arbitrantur, cauſam ſomni non prouenire ex euaporatione alimenti; ſed q̄d ipſa anima reuocet colligatque in cerebrum ſpiritus animales, ad eorum reparationem, & ad quietem, ſalutemq; animantium. Vnde ex horum placito ſomnus definitur [impotentia ſenſuum, propter naturam ſpiritus retrahentem. Suffragaturque his auctoribus Auicen. 13. tract. 41. dum inquit, ſomnum eſſe reditum ſpirituum ab organis ſenſuum, propter naturam ſpiritus reuocantem. Et Plinius lib. 10. cap. 75. vbi ita ſomnium definit: Somnus eſt animi in medium ſeſe receſſus.

Argumenta.

Quod igitur ſomnus non fiat obſtructis meatibus vapore cibi, probant ex eo: quia laſſitudo, & ſuauitas cantus, & tenebræ, & ſilentium, inducunt ſoporem; cū tamen nullum horum exhalationem alimenti contineat. Item, quia non quoties A à cibis abſtinuimus, negat ſomnum natura; nec quoties eoſdem cepimus, ſomnū largitur: ſed ſæpe accidit, vt exinanito ſtomacho dormiamus; pleno uigilemus. Poſtremò, quia cum natura tantum momēti ad tuendam vitam in ſomno poſuerit, non debuit, munus hoc & viciſſitudinem uigilandi, committere fortuitæ alimenti exhalationi; ſed potius (inquit Auerroes) alicui certæ facultati, totius animalis rectrici, quæ more prudentis patrisfamiliæ B vniuerſi corporis quaſi domus communem curam gerat, & pro temporum opportunitate nunc animales ſpiritus retrogat & condat nunc promat effundatque in ſenſuum officinas, & arbitrarij motus inſtrumenta.

Defenditur ſententia Ariſtotelis.

Nihilominus aſſerendum eſt cum Ariſtotele, hoc lib. cap. 3. & 2. de part. animal. cap. 7. ſomnum induci euaporatione, & obſtructione meatuum, per quos C ſpiritus animales excurrunt: ſunt enim huius rei non obſcura argumenta. Primum, quia ideò quædam edulia & potiones, vt lactucæ, bugloſſæ, flores nypheæ, amygdala dulcia, dactyli ſeu palmulæ, mandragora, papauer, lac, vinum, aliaq; eiuſmodi, ſomnifera dicuntur, quod plurimum uaporem ſurſum efferunt, & humenti ſuauique halitu cerebrum irrigant. Secundò, quia iccirco infantes & phlegmatici ſomniculoſi ſunt, ſenes verò & melancholici peruigiles; quia illi D humore fumeo, hi ſiccitate abundant. Tertiò, quia multi obinediam inſomnes noctes traducunt; & è contrario poſt cibum facilè ſomnum ineunt: id verò non niſi, quia uapores ſuppeditat cibi copia, negat inopia. Non uidetur tamen inficiandum, concurrere ſimul ad inducendum ſoporem reuocationem ſpirituum ad cerebrum: ſi enim per ſolam uiarum obſtructionem illorum communicatio impetretur, non tanta ſuauitate, ſed E quaſi per vim ſomnus adueniret, obſiſtētibus ad oſtia ſenſus communis, & conatibus qua data porta erumpere more ſuo ſpiritibus. Vt verò quomodo talis reuocatio fieri poſſit intelligas, aduerte, ſpiritus vitales è corde, & animales è cerebro diſpenſare, òpera uirtutum expultricium & attrahentium (nec enim aliter huc illuc ritè, ac rectè promouerentur

tur

tur, ſaltem dum è cerebro deſiliunt; nam aſcendentes leuitas incitat:) quia ſcilicet uirtus expultrix emittit è corde & cerebro prædictos ſpiritus, ad uitales & animales functiones obeundas; ſimiliterque uirtus attrahens membris & ſenſorijs inſita eoſdem ad ſe prolectat: ſicq; ipſum cor ſpiritus, quos in membra diffuderat, ſi urgeat neceſſitas, iterum per attractoriam vim ad ſe colligit; vt in vehementi trepidatione, & mentis deliquio: inde eſt enim artuum tremor, & oris pallor, deſerente videlicet extimas partes calore, & ſpirituum miniſterio, ac vehiculo in præcordia abeunte. Sanè hoc modo poteſt virtus attractoria, cerebro incidens, ad conciliandum ſomnum, naturali inſtinctu ſpiritus animales introrſum reuocare, ſiue apud ſe retinere. Atq; ita cauſa ſoporem inuehens nõ videtur illa meatuum obturatio, ſed ſpirituum detentio ſeu reductio. Quam duplicem ſomni cauſam conſtituit præter alios Fracaſtorius, lib. 2. de Intellect. Alenſis quoq; 2. p. qu. 89. mem. 3. inter alias ſomni cauſas numerat reuocationem caloris ſiue ſpirituum, à Galeno poſitam.

Sol. arg. Argumenta verò, quæ meatuum obturationem à cauſis ſomnum inducentibus omnino remouere uidebantur, facilem habent explicatum. Ad primum dicendum: ea, quæ animam colligunt & à ſenſuum diſtractione abducunt (qualia ſunt quæ in argumento recenſentur) magnopere ſomnum iuuare; quia applicatio ſenſuum remiſſa, & ad pauca ſe porrigens, vt minori conatu ſpiritus euocat, ita facilius patitur eos intus reuocari detinerive, & vias quibus ſpiritus foras traijciunt occludi.

Ad ſecundum: ſi uentriculus, & aliæ partes è quibus vapores in cerebrum feruntur, ita inanes ſint, vt nihil omnino exhalarent, peruigilium dari, non ſoporem. Pleno autem ſtomacho interdum non capi ſomnum, etſi opportuna hora captetur; quia ſubſunt impedimenta, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibent.

Ad tertium, ſi natura animantium uitam ex alimenti hauſtu dependentem fecit, quid mirum ſi eandem ex alimenti

A euaporatione dependere voluerit? præſertim cum talis euaporatio poſt hauſtũ cibum, niſi quid obſtet, neceſſariò conſequatur.

Quod autem vltimò prædicat Commentator de ſua illa virtute rectrice, commentitium eſt, ſi aliam ad ſpiritus adminiſtrandos facultatem ponat (ut reuera ponit) præter attrahendi & expellendi uires, quas diximus. Sed hac de re 1. de Ortu & Interitu plura. De virtute rectrice Commentatoris.

B

Finalis cauſa ſomni, eiuſq; multiplex vtilitas, ſi moderatus ſit; incommoda, ſi immoderatus. Caput. III.

EGimus de cauſis ſomnum inducentibus: proximum eſt, vt de eius fine C diſſeramus. Finis, ob quem natura ſomnum inſtituit, ſunt commoda, quæ illius beneficio animalibus obueniunt. Hæc quam multa ſint, ſummatim complexus eſt Tertullianus, in ſuo li. de Anima, c. 43. hiſce verbis: Somnus eſt recreator corporum, redintegrator uirium, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum, cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem.

D Nimirum dum ſomni tempore ſenſus externi uacationem quandam, feriarum vice, impetrant: collecta ad internas functiones animalium ſpirituum diſpendia reſarcit; vitalis potentia in læuo cordis ſinu ſpiritus uitales exactius elaborat; facultas naturalis in alimenti decoctionem impenſius incumbit cæteraque ſuarum partium munia expeditius abſoluit.

Vtriq; ſomni & uigiliæ reciprocatione, vitæ ſalutique animantium mirificè na-E tura conſuluit. Non ſolum quia iſthæc viciſſitudo, ut in cæteris fere naturæ rebus, iucunda eſt; ut Tertullianus in lib. de Pallio, & Seneca in l. de Tranquil. vitæ c. 15. luculenter oſtendunt; ſed quia eius beneficio apta corporis conſtitutio ſeruatur, viresq; inſtaurantur & reficiuntur. Debent tamẽ hæc duo per alternas uices Viciſſitudo iucunda.

quam vniuerſum piſcium genus eatenus ouiparum dici poſſit, quatenus omnes piſces aut intra ſe, aut extra, oua pariunt. Ex dictis tamen non neceſſariò eõ cluditur, omnia, quę in terreſtrium & volatilium generibus numerantur, excellẽtiorem naturam, quam aquatilia omnia ſortiri: alioqui muſcæ & vermes perfectiores eſſent corcodilis, delphinis, balenis.

Nec nobis omnino probatur ſententia Philonis, dum piſcium genti uſque adeò detrahit, ut eos vix animantium appellatione dignetur, tantumque eis pro ſale animam det. Licet enim id uerũ ſit de ijs, quæ marinis affixa ſcopulis ſtabilem ſedem habent, & ad ſtirpium naturã propè accedunt; handquaquam tamen de uniuerſo piſcium genere probe dictum haberi debet: vt facile perſpiciet, qui expenderit, quæ de eorum ingenio, ſtratagematis, uafricie, & quorundam adumbrata prudentia auctores prodiderunt. Ariſtoteles lib 8. de Hiſt. anim. ca. 13 & lib. 9 cap. 37. Plutarchus in lib. de animal. induſt. Plinius lib 9 Nat. hiſt. D. Baſilius orat. 19. de P. ouid. D. Ambroſius lib. 5 Hexam. ca. 10. Oppianus lib. 3. Rondeletius lib. 4 de piſcib. cap 11.

Ad ſecundum argumentum dicito: nimiam mollitudinis & frigoris exſuperantiam impedire concentum primarum qualitatum, organo memoriæ neceſſarium; atque adeò non poſſe in eo memoriam conſiſtere: uerum etſi piſces molli & frigida ſint natura, non tamen in ijs adeò vehementem eſſe eiuſmodi qualitatum exceſſum, vt memorię neceſſariũ temperamentum labefactet.

De organo memoriæ ſenſitiuæ. Caput VI.

Vide Cæ. Rho. li 3 cap. 29. & l. 20. ca. 8.

COmmunis Philoſophorum ſententia eſt, quam tradit D. Nemeſius in lib. de Nat hom. cap. 13 & D. Damaſcenus lib. 2 fid orthod. cap. 20. D. Thomas in 1 d 3 q. 4 art. 1. ad 2. M. Albertus in ſumma de homine, tract. de memoria, Auicenna lib 6. Natur. memoriam ſenſitiuam (vt dicemus in lib. de Anim.) ſedẽ habere in poſteriori parte capitis, quæ occipitium vocatur. Id quod multis indi-

Occipitiũ ſedes memoriæ.

A cijs comprobant: primum, quia læſa ea parte offenditur memoria, & eo loco percuſſos, retũ cepit obliuio. Secundo, quia eius partis ſoliditas ob id potiſſimum vi detur procurata a natura, vt tenacius hęreant infixæ ſpecies. Poſtremo, quia cum recordari volumus, quaſi natura nos docente occipitiũ ſcalpimus, vt memorãdi vim quodam modo excitemus & acuamus.

Hæc tamen de ea memoria intelligi debent, quæ ſpecies proximè ab imaginatrice facultate ſibi commiſſas reſeruat.

B Nam quæ ſenſus communis theſaurus eſt, anteriorem cerebri partem occupat. Niſi quis malit vnam tantum dari memoriam ſenſitiuam, quæ tam rerum ſenſatarum, quam non ſenſatarum typos recondat. Cui opinioni proxima argumenta non parum afferunt probabilitatis.

Frigus non concurrere per ſe ad actiones uitæ. Caput II.

C MEmoriæ ſeu memoratricis facultatis duo ſunt actus: unus, qui accepto a potentia nomine Memoria vocatur; alter qui Reminiſcentia dicitur. Memoria definitur à Philoſophis, rei antea cognitæ, vt cognita eſt, repetita cognitio: ſiue regreſſio ad notionem eius, quod fuit ante apprehenſum, prout apprehenſum fuit. Etenim ſiquis eliciat cognitionem rei ſibi antea prorſus ignotæ,

D aut rei quam prius nouit, ſed omnino exciderat, non dicetur recordari: quia nõ cõſiderat rẽ, ut ab ſe antea cognitã. Vnde eſt, quod (vt 1. ca. huiuſce libri Ariſtoteles docuit) memoriæ ſolæ res præteritæ ſubijciuntur: quẽadmodũ externo ſenſui tãtum præſentes, & ſpei, futuræ duntaxat. Sed erit, qui nobis opponat auctoritatem D. Auguſtini, li. 14. de Trini. cap 11. vbi ita ſcribit: [Non ſolum

Lege & caput 2. eiuſdem lib.

E præteritorũ eſt memoria, ſed etiam præſentiũ. Vnde Virgilius de Vliſſe ait

——*Nec talia paſſus Vlyſſes.*

Obliuuſve ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. Li. 3. Ae.

Cũ.n. ſuiſſe non oblitũ diceret Vlyſſem, quid aliud itelligi voluit, niſi quòd meminerit ſui? ũ ſibi ergo pręſẽs eſſet nullo modo ſui meminiſſet, niſi ad res præſentes memoria pertineret]Hæc D. Au loco ci-

quæ

quæ repetit in epiſt. 71. ad Nebrid. ū. Occurrendum tamē, paulò latiùs ac minùs propriè ſumptum illic ab eo, & à poeta memoriæ nomen; quod ſi propriè vſurpaſſent, neutiquam ad rerum præſentiū cognitionem extendiſſent. A

Obiect. Obijciat ſurſum aliquis, non videri memoriam rectè definiri cognitionem rei cognitæ, vt cognita eſt: quod res cognita, vt cognita, non poſſit cognoſci, niſi ipſe cognoſcendi actus percipiatur; cùm tamen nulla potentia corporis organo affixa ſupra ſuum actum reflecti poſſit, vt eſt communis philoſophorum ſententia. B

Dilutio. Reſpondendum, ad actum recordandi non eſſe opus, vt potentia ſuūmet actum abſtractè ſumptum liquidòve cognoſcat (id enim ſoli immateriali facultati conceditur) ſed ſufficere, percipere illum quoquo modo, videlicet acceſſoria quadam ratione & concretè; prout inuoluitur in perceptione rei cognitæ, ut cognita eſt. Qui modus reflectendi ſupra proprium actum etiam potentijs inſidentibus organo corporeo cōuenire poteſt. C

Lege Ariſto. cap. 2. lib. de memoria, & reminiſc.

Reminiſci verò, vt etiam loco citato Ariſtoteles explicat, dicitur quiſpiam, cùm ex alio aliud ei incidit: vt cum ex lacte in candorem progreditur, ex candore in aera, & ab hoc in humorem, ex quo ei tandem Autumnus, quē exciderat, in mentem venit. Et D. Auguſt. li. 6. Muſicæ cap. 8 [Quid aliud] inquit, [agimus, cùm reuocamus nos in memoriā, niſi quodāmodo quod repoſuimus quærimus? Recurrit autem in cognitionem occaſione ſimilium motus animi non extinctus, & hæc eſt, quæ dicitur recordatio.] D

His ſimilia ſcripſit Plato in Philebo. Alex. lib. 3. Natu. quæſt.

Themiſtius etiam 2. libro ſuæ paraph. cap. 4 Reminiſcentiam definit reducem, & quaſi rediuiuam memoriā, ſiue renouationem memoriæ collapſæ: cùm unus motus animi recogitando alterum trahit, ut unus annulus alium in catena. E Licebit tamen eandem apertiùs, & enucleatiùs definire hunc in modum: Reminiſcentia eſt progreſſio, qua potentia memorandi, ex aliquo aliquibuſue memoria comprehenſis, uenit in cognitionem eius, quod nec memoriæ occurrebat, nec à memoria penitus exciderat. Exempli gratia, ſi quis heri librum in loco aliquo repoſuit, cuius loci ei in mentem hodie non venit, & vt ipſum in memoriam reducat, loca vbi heri fuit, & eos quibus cum locutus eſt, animo repetat, tandemq; ex alicuius memoria occurrat menti locus, vbi librum reliquerat, dicetur loci illius reminiſci, cuius antea ſimpliciter recordari non poterat.

Ex quo perſpicuum ſit, plura ad reminiſcentiam exigi, quam ad memoriam: licet enim ambæ in eo cōueniant, quòd nec meminiſſe, nec reminiſci poſſimus eius rei, cuius in nobis ſimulacrum euanuit; ita vt eam nec per ſe primo concipere, nec ex alia ad eius apprehenſionem deuenire valeamus: tamen vt memoremur, ſat eſt rem antea cognitam, vt cognitam apprehendere; ad reminiſcendū verò requiritur antecedēs obliuio, cum notitia iterata alicuius rei, quæ non exciderat, & ex qua eius, quā inquirimus, notionem conſequutione quadam & diſcurſu prouehimur. Vnde (vt in 4 huius libri capite aduertit Ariſtoteles) cùm memoria etiam brutis animantibus cōpetat, ſolus homo reminiſcendi uim habet, ſicuti & in eo duntaxat ratiocinatio & diſcurſus reperitur. Ideoq; ut idē c. 1. dixerat, qui celeritate ingenij ualent, faciliùs reminiſci queunt: quia uidelicet in diſcurrendo expeditiores ſunt. Lege Platonem in Philebo, Plotinum in li. de ſenſu & memoria, Themiſtium hoc loco, 2. lib. ſuæ paraphraſis c. 15. D. Th. 1. par. q. 78. ar. 4. & ex recentioribus Ferneliū lib 6 ſuæ Phyſiologiæ, cap. 14.

Auic. 6. Nat.

Quòd in hoc imaginatiua diſcurrat circa ſingularia, aſſerit D. Th. 1. p. q. 78 art. de poté. 4° & in op°. 12 c. 4. Aui. Nat. p. 4. c. 2. Auic. 2. de 21 cōmu. 6 2. Capr. in 4. d. 10 q. 4. artic. 3. Sonc. 10. Metaph. q 16.

Nonnulla hic aduerte. Primum ſit cū ad reminiſcētiam diſcurſus requiratur, non poſſe eam perfici, niſi accedente miniſterio eius potētiæ internæ, cui diſcurſus tribuitur, quæ utrum ſit imaginatiua duntaxat, an etiam memoria ſenſitiua (ſi præter ſenſum communem plures interni ſenſus ponantur) in libris de Anima diſcutiemus.

Secundum eſt reminiſcentiam tribus minimùm actibus conſtare: memoria alicuius aliquorūmue, inueſtigatione, ſeu diſcurſu ex ijs ad id quod quæritur, & inuentione eius quod partim exciderat, nec tamen penitus euanuerat.

Tertium eſt, licet animæ ſeparatæ cōueniat recordatio, ut 2. huius operis c. oſten-

oſtendimus; non uideri tamen ei reminiſcentiã competere; quia reminiſcentia ſupponit obliuionem; obliuio autẽ naſcitur ex imperfectione organi corporei, cuius craſſitudo & defluxus, alijq́; eiuſmodi materiales affectus in cauſa ſunt, ut rerum imagines oblitterentur & euaneſcant, atque ut, etiam dum nitorem ſuum habent, interdum conſopitæ ſint, nec ad memorandi actũ prodeant. Cùm igitur anima à corpore abiuncta non utatur materiali organo, non uidetur in eam, ac multo minùs in Angelos, reminiſcentia cadere.

Obiect.

Verùm non deerit fortaſſe, qui probare contendat, immeritò brutis omnibus reminiſcientiam denegari; cùm eorum nonnulla ex alijs alia videantur deducere & colligere. Nam, ut cætera ommittamus, celebre eſt id, quod in libro de induſtria animalium Plutarchus commemorat de Vulpe. Hæc glaciatum flumen tranſitura, primum leniter ſupra glaciem incedens auriculam admouet; tum ſi aquæ ſubterlabentis ſonum percipiat, gradum ſiſtit, nec, niſi aliquid uehemẽter urgeat, pedem promouet; ſi uerò ſtrepitum nullum audiat, traijcit, ita videlicet argumentans: Quod ſtrepit, mouetur: quod mouetur, non eſt fixum: quod non eſt fixum, diffluit & cedit: ſubmergar igitur, ſi hac ire pergã. Nec his diſſimilia ſunt, quæ eodem loco narrat idem auctor de Cane feram perſequente, qui cum in viarum diuortia peruenerit, vbi olfactum deprehendit vna via feram non abijſſe, alteram nihil iam olfaciendo mox arripit, vtique colligens per eam diuertiſſe, quia per aliam non diuertit.

Hæc de cand. ſcribit D. Baſil. homil. 9. Hexã. D. Ambr. lib. 6. Hexa. cap. 4.

Solutio.

Ad hoc argumentum reſpondendum eſt, quod in Phyſicis diximus, hæc aliaque eiuſmodi, quæ in quibuſdam belluis cernuntur, non indicare conuenire eis verum diſcurſum, ſed quandam illius imaginem & imitationem ad quam ſat eſt naturalis inſtinctus, qui in quibuſdam magis, in alijs minus excellit.

De vtilitate Memoriæ, eiuſque admiranda & abſtruſa vi.

Caput VIII.

QVanta ſit vtilitas memoriæ, cõſtat ex eo, quod parum omnino referret tam multa legere, audire, animaduertere, niſi illa memoriæ tradita quaſi tabellis recondita aſſeruare poſſemus. Fuit profectò hoc nobis à Deo aduerſus rerũ ignorationẽ & obliuionem datum remedium ac ſubſidiũ. Vnde Plutarchus in lib. de Educat. lib. vocat memoriam cellam penariam diſciplinarum. Et in fabulis eſt, ſcriptumq́ue à Platone in Theeteto, memoriam eſſe matrem Muſarum: Itemq́ue ſapientiam eſſe memoriæ & experientiæ filiam. Illud certè memoriam mirifice commendat, quòd abſque illa nemo abſolutam prudentiæ rationem obtinere queat; cùm ad rectè iudicandum de ijs quæ agenda ſunt, quod prudentiæ munus eſt, multum conferat præteritorum recordatio & experientia: quæ teſte Ariſtotele 1. Metaph. cap. 1. ex multarum rerum memoria coaleſcit. Vnde eſt, quòd memoria ab Ariſtotele libro 6. cap. 5. à Tullio lib. 2 de Inuent. & D. Thoma in 22. quæſt. 49. art. 1. alijsq́ue Philoſophis cõmuni aſſenſu inter prudentiæ partes (integrantes videlicet) numeratur.

Lege Tertul. in lib. de anima cap. 24.

Tullium 1. de Ora. Celiũ lib. 3. ca. 4. & lib. 10. ca. 15.

Tanta verò, tamq́ue recondita memoriæ vis habetur, vt ea vnum ſit ex ijs, quæ nos mirari natura voluit, ſcire autem noluit. Quis nõ miratur, qua ratione memoria in ſuis theſauris tam multa tamq́ue diuerſa excipiat, neque tamen ea confundat, ſed diſcretim ſincera conſeruet? Quo nexu, quæ apud illam tanquam commiſſum repetituri depoſuimus, ita collocata & ordinata ſint, vt & vnumquodque ſeparatim, & cuncta confertim, & ſingula ordinatim expoſcere & digerere valeamus? Quo pacto fiat, vt quis ex aceruo ſpecierum per horæ ſpatium, ita ut priùs audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficiat, orationem, ne mutata quidem ſyllaba, continuata ſerie, alia ex alijs coniungens ſuo loco depromat; nec in ipſa de-

prom-

promptione, atque recenſione imago vna aliam impediat, aut interturbet? Quo item modo alias, cùm poſcimus vt proferatur quod volumus, quædam præ altè condita obliteſcant, nec ſe foras dent? ſed eorum loco alia proſiliant in medium, quaſi rogantia num ipſa quærantur: alia confeſtim imperturbata facie in apertum exeant: alia paulo pòſt tanquam de abſtruſioribus receptaculis eruantur. Quo pacto quæ euanuiſſe videbantur, vnius admonitione connexa quædam choro ſubeant, &c. Certè in hoc naturæ miraculo præſtat cum D. Auguſt. lib. 10 Conf. cap. 8 & Theodoreto in lib. de Nat. hom. ſola admiratione contentum eſſe, quàm alienam & inidoneam cauſam afferre. Lege tamen, ſi placet, nonnullam eius rei inueſtigationem apud Fracaſtorium 1. lib. de intellectione.

Lege & D. Aug. 11. de Trin. c. 8.

Quibus rebus memoriæ bonitas conſtet, aut vitietur: & qui memoriæ laude floruerint aliquando? Caput IX.

PORro vt memoriæ bonitas conſtet, requiritur ex parte organi, tum mollitudo, tum durities, ad congruam temperiem ſibi mutuò fœderatę: mollitudo quidē, vt facilè imbibat rerum notas, durities, vt ſimulacra inuſta retineat, & conſeruet. Ob defectum mollitudinis ſenes præcipiti iam ætate, quibus humido natiuo magna ex parte conſumpto, membra inareſcunt ac rigent, difficili ſunt memoria; qui ob id etiam indies quæ didicerant obliuiſcuntur, quia exoleſcunt in eis quaſi in ruinoſis ædificijs depictæ rerū imagines; nec defluxum materiæ, in qua illæ obſignatæ ſunt, quantum opus eſt compenſant. Ob defectum congruentis duritiæ admodum pueri, quos conſtat præhumidum habere cerebrū, parùm memores ſunt: quanquam eis ad memorandū opituletur alia cauſa, quam tradit Ariſtoteles in probl. ſect. 30. quæſt. 4. videlicet, quia nondum multa perceperunt: intellige, quorum imaginibus organum memorandi nimis occupatum ſit. Nec enim nega-

Ariſt. lib. de memo. & remini-ſc. cap. 1.

Senes obliuioſi.

Pueri lubrica memoria.

A ri debet, ipſam ſpecierum multitudinem & colluuionem fatigare quodammodo potentiam, ac nonnunquam actum memoriæ interturbare, dum earum occurſu, res alijs ſeſe menti ingerunt. Vnde eſt etiam, vt ibidem Philoſophus aduertit, quòd meminiſſe ea meliùs valemus, quæ manè percipimus, quàm quę procedente die, cùm iā obiectarum rerū turba per ſenſus intrans animi intentionem diſtraxit.

B Non ſolùm autem nimia ſiccitas & humiditas ætatibus ceteris propriè memoriam vitiant aut impediunt; ſed etiam, cùm ex morbo, aut alia quauis ratione inducuntur. Vnde Galenus lib. 3. de loc. aff. & cap. 5. agens de lapſa obſcuritatem memoria, refert quendam ſe noniſſe, qui exſiccato organo ob aſſiduitatem in ſtudijs atque vigilijs memoriam penè amiſerat: & agricolam, qui ob labores, quos vites colendo ſubierat,

C ſimulque ob victus tenuitatem, eodem modo affectus eſt. Quamquam in ijs cauſa deficientis memoriæ potuit quoque eſſe exſuperantia caloris nati: in ſcholaſtico ex agitatione ſpirituum, in caput ſubeuntium ob vehementem animi intentionem; & in agricola, ex motu corporis diuturno vehementi: motus enim calorem gignit, & quidem animātibus, potiſſimum propter effuſionem ſpirituum ad extimas partes, vt alibi expoſuimus.

D Sanè quidem, licèt obliuio alumna ſit excedentis humiditatis, ſicut retētio ſiccitatis; tamen aliarum etiam primarum qualitatum exuperantia memoriam labefactat: præſertim frigoris, quod oēs animales functiones torpidas reddit, & ipſius vitæ fundamenta quatit. Speciatim autem ad ſeruandā memoriā, docēt Medici abſtinendum ab ebrietate, & à copioſo vini potu, à cruditate ventricu-

E li omniq; ſatietate, à fructibus viridibus & oleribus, à lacte, caſeo & carnibus ſalitis, omnibusque flatum generantibus, à piſcium fluuialium, & anguillarum præſertim, eſu.

Læditur autem memoria, nunc ad tēpus, nunc citra regreſſum; ac nonnunquā ex toto labefactatur, alias ex parte. Nec quicquam, inquit Plinius lib. 7 Na.

hiſt.

hiſt. c. 24 [æquè fragile eſt in hominum vita, morborũ & caſus iniurias, atque etiam metus ſentiens. Ictus lapide oblitus literarum eſt: è tecto lapſus, matris & affinium propinquorumque: alius ægrotus ſeruorum etiam: ſui verò nominis Meſſala Coruinus] Præter hos noſtra quoque ætate Cornelius Ianſenius literas oblitus fuiſſe dicitur: qui tamen, editis in Sacram ſcripturam egregijs commentarijs, perpetuam ſui memoriam poſteris reliquit.

Sed quemadmodũ multa ſunt noxia memoriæ; ita non pauca, quæ eidem proſunt, eiuſque vim acuunt. Et, vt cætera omittamus, ſciunt eſſe artem comparandæ memoriæ per medicamẽta; cuius artis beneficio quidam noſtra ætate in magna admiratione fuerunt. Namque inumerabilia penè vocabula Græca, Latina, barbara, ficta, nullo nexu cohærentia, quæ ſemel audiſſent, mox ſine vlla hæſitatione reddebant: nunc eodem quo acceperant ordine; nunc ita, vt primum tertium, quintũ, & ſic deinceps, ac denique vt rogabãtur, ſine errore, tanquam è charta referrent.

D. Th. 2. 2. qu. 49. art. 1. Cęlius lib. 10. cap. 6 Solinus in Polyhiſt. c. 7. Tullius Aca. quæſt. edit. 1. lib. 2.

Communis ars excolendi ſine medicamentis memoriam, eſt exercitatio. Nam teſte Quintiliano lib. 11. Orat. inſtit. cap. 2. nihil æquè vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare magnopere iuuat, quotidie aliquid memoriæ tradere, ac præcipuè vbi ſe quis primùm in ligata, deinde in proſa oratione addiſcenda exercit: quædam addiſcere omnino diuulſa, ac ſine numeris, & magis ab vſu remota, qualia ſint Iuriſconſultorum. Difficiliora enim, inquit, ille, debent eſſe quæ exercent, quò ſit leuius ipſum illud in quod exercent, vt Athletæ ponderibus plumbeis aſſuefaciũt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum eſt.

Item Cęlius Rho. lib 20. ca. 10. Alexan. ab Alex. lib. 6 cap. 18. Mutus li. 3 Variar.

Fuerunt autem priſcis temporibus inſignia memoriæ exempla, quę Plinius lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 24. Seneca in prologo declamationum, Quintilianus loco paulo antè citato commemorat. Mithridates rex Ponti, duarum & viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione ſingulas abſque interprete allocutus. Craſſus ille diues, cum Aſię præeſſet, quinque Greci ſermonis differẽtias ſic tenuit, vt qua quiſque apud eum lingua loqueretur, eadem ei reſpõderet. Cyrus Perſarum rex in numeroſiſſimo exercitu omnium militum nomina tenuit. Theodectes quamlibet multos verſus auditos mox reddidit. Charmides in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræſentauit. Cyneas Theſſalus, miſſus à Pyrrho legatus de pace ad Romanos, poſtero die nouus homo & ſenatũ & totam vrbanam plebem ſenatui circumfuſam nominatim ſalutauit.

c. 1. Solin in Polyhiſt. ca. 7. Valerius Max. lib. 8. tit. 7.

Denique de ſua memoria ita ſcripſit loco paulò antè adducto Seneca: Cùm multa iam mihi ex me deſideranda ſenectus fecerit, oculorum aciem retuderit, aurium ſenſum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit: inter ea quæ retuli memoria eſt, res ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis, in quam primùm ſenectus incurrit. Hãc aliquando in me floruiſſe, vt non tantùm ad vſum ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta referebam: & ab his, qui ad audiendum prçceptorem noſtrum conuenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cùm plures quàm ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vſque ad primum recitabam. Nec ad complectenda tantùm, quæ vellem, velox erat mihi memoria; ſed etiam ad continenda, quæ acceperat.

Quiſnam hic Seneca fuerit, ſcripſit Volaterranus li. 19. Iuſtus Lipſi⁹ 1. Electorum.

Solutio aliquorum problematum, ad memoriam ſpectantium.
Caput X.

NVnc queſtiones aliquot ad memoriã pertinẽtes breuiter diluemus. Prima hæc eſto: Cur non omnia, quę externis ſenſibus percipimus, manent in memoria, ſed pleraque excidunt? Reſponſio: Quia aut eorum imago in organum memorię non imprimitur, ob ineptitudinem organi ad illa recipienda aut ſeruanda; vel ob remiſſionem apprehenſionis, vt paulò poſt dicemus; vel certè quia imago impreſſa decurſu temporis

poris euaneſcit. Plato in Theæteto A [Quidquid eorū, quæ aut videmus, aut audimus, aut ipſi cogitamus, meminiſſe cupimus, inſinuantes ipſum ſenſibus, intelligentijſq; veluti annulis ſignantes, exprimimus, quodq; ſignatū fuerit meminimus, & ſcimus, quoad figura permanet: at cum aboletur, vel inſcribi nequit, obliuiſcimur atque neſcimus.

2 Si rerū ſimulacra, quæ memoriæ inuruntur, contrarium non habent, à quo perimantur, nec eorum conſeruatio à re B obiecta pendet, cur ea ſæpenumero etiā in florida ætate, integro ſenſorio emoriuntur & abolentur [Reſponſio: Quia actione caloris, toto vitæ tempore humidum abſumentis, & incurſu aliarū qualitatum, obſcurantur indies & effluunt prædictæ imagines, donec ex toto pereant niſi per actus memorandi inſtauretur, & quaſi nitorem genuinum recuperent.

3 Cur ea, quę alijs reb. intenti, vel etiā C ſomniantes apprehendimus, facilè obliuiſcimur? Reſponſio: Quia tunc facultas memorandi remiſsè operatur, ſimiliterque alij ſenſus, qui in memoriam agūt; atque ita diſſolutæ, ię tantum & euanidę imagines exprimuntur. Galenus li. 2. de motu muſculorum: [Vis memorandi, ſi inſignes impreſſiones rerum imaginatione conceperit, conſeruat eas perpetuò; atq; id quidem eſt memoria tenere. Sin obſcuras, & veluti ſuperficiarias, non cōſeruat, & hoc eſt obliuiſci: ob idq; multi D in vehementibus animi affectibus nullius eorum, quæ egerint, in poſterū meminerunt. Quid igitur mirū eſt, in ſomnis obſcurè agente anima obſcuras etiā imaginationes fieri, ideoque neque ſtabiles; cum id etiam in vigilijs contingat?

4 Cur non ijdem, & ingenioſi ſunt, & benè memores; ſed contrà ſępe accidit, E vt qui tenaciori ſunt memoria, minus celeri & acuto polleant ingenio? Reſponſio: Quia ingenij pręſtantia conſiſtit in celeritate quadam mentis, & facilitate ad ratiocinandum, inueſtigandum, & inueniendum: hæc autem celeritas pendet ex acumine & promptitudine internorum ſenſuum, pręſertim cogitatricis facultatis; quę, dum intellectus ratiocinatur, ipſa etiam circa ſingularia pariter diſcurrit: durities autē cerebri, quę inflexibilis eſt, facitque vt rerum ido a tenacius hęreant, celeritatem cogitatricis potentię cohibet ac demoratur; ſicque id quod memoriam diuturnam reddit, ingenium hebetat. Si tamen cerebri ſubſtantia ita affecta ſit, vt organum cogitatiuę magis ad humiditatem, organum memorię magis ad ſiccitatem vergat (quod interdum accidit) erit idem B tenaci memoria & acuto ingenio. *Lege Ar. c.2. de memor. &c.*

5 Cur integrę quędā nationes memoria parum valēt, vt Thraces? Reſp. Quia ſoli cœliq; natura & ſiderum influxus, qualitates memoriæ aduerſas in primit. Vnde & Thebanos ingenio pingui. Athenienſes perſpicaci & acuto fuiſſe, refert M. Tullius, in lib. de Diuinat. quia Thebis craſſus aer, Athenis rarus ac ſubtilis contingit.

6 Si ſpecies hęrent ſpiritibus animali- C bus, qui non ſolum vago motu huc illuc oberrant in corpore, ſed etiam per meatus & poros foras euolant, qui fieri poteſt vt vllius rei ſit memoria diuturna? Reſp. Quia licet nonnullę ſpecies animalibus ſpiritibus inſideant, eorumq; vehiculo, ab externis ſenſibus, ad internos traijciantur; tamen ab ijs ſpeciebus imittuntur alię cōſimiles in ipſam ſubſtantiam cerebri, & in organum memoriæ, à quibus memorandi actus elicitur, D quęque firmę ac ſtabiles eſſe queunt.

7 Qui fieri poteſt, ut ſenſibus ob nimię ſiccitatis accrementum memoria deficiat, cum videamus eos pituita & humoribus, quos aſſidue exſcreant, abundare? Reſp. Quia licet ſenes humorib. aduentitijs & noxijs ſcateant, deſeruntur tamen ab humido natiuo, cuius idonea commixtio organum memoriæ attemperat. *Galen. 5. de loc. af. cap. 4.*

8 Cur bruta quędam, vt canes & equi, E multo melius recordantur itinera, viarum flexus, diuerticula & loca, quę uel ſemel adierint, quam homines? Reſpon. Quia cum bruta, dum iter peragūt, alijs rebus internos ſenſus non diſtrahant, totam memorię uim ijs quę intuentur percipiendis occupaur, ſicque firmiſſimè ea retinent: dummodo non eis deficiat congrua temperies in ipſo organo: eaque *De memoria quorū dā brutorum.*

demque

demq́; cauſa eſt, cur homines agreſtes & bardi, qui ad brutorum ingenium accedunt, talium rerum faciliùs quàm cæteri recordentur. A

9 Cur iuuenes melioris ſunt memoriæ, quàm pueri & ſenes? Reſp. Quia illos temperata humiditate, hos temperata ſiccitate vincunt: ideoque tenaciùs quàm illi conſeruant, faciliùs quam hi imprimunt.

Ariſt. lib. de mem. & remin. cap. 2.

10 Cur melancholici diuturniori valent memoria? Reſp. Tum quia organa ſicciora habent, proindeque ſi. minus retinentia: tum quia diutiùs cogitant, ſeriùs at lentiùs apprehendunt, atque adeò alterius infigunt. B

11 Cur qui noctes deducſitur in ſomnes, minùs memores redduntur? Reſp. Quia humores, qui ſomno erãt abſumendi, cõgruam organi ſiccitatem impediunt.

12 Cur eorum quæ amamus, difficilè obliuiſcimur? Reſ. Quia de ijs aſſiduè loquimur, diutiùs & attentiùs cogitamus. C

13 Quid cauſæ eſt, cur in quibuſdam imaginatio lædatur non læſa memoria; & contrà? Reſp. Si ponamus, memoriam & imaginationem non in eadem parte cerebri reſidere, in promptu cauſa eſt: nimirum quia læſio potenciarum accidit ob intemperiem organi; at non quoties in vna parte cerebri temperies amittitur, in alia ſimul amitti neceſſe eſt. A Quòd ſi in eodem organo, eademque parte cerebri inſint memoria & imaginatio, adhuc non repugnat vna incolumi alteram offendi; quia mutatio temperamenti, quæ ſat eſt ad turbandum imaginandi officium, non continuò ſufficit ad impediendam functionem rectè memorandi, aut contrà. Aduerte tamen, etiam in hac ſententia, conſtituente memoriam & imaginationem in eadem cerebri cauitate, ponendam eſſe ad officia memoriæ & imaginationis partem vnam humidiorem, quæ promptè recipiat: alteram ſicciorem, quæ diu retineat. B

De hac re Galen. 1. li. de differētijs ſympt. & de cauſis ſympto.

14 Cur ebrij, irati, & timore exterriti, ægrè recordantur eorum, quæ ipſis, dum ita affecti eſſent, acciderunt? Reſp. Quia vehemens motus, vaporem & ſpirituum agitatio, quæ hos affectus ſequitur, imaginum impreſſionem impedit. C Quinetiam interdum ingenti timore perculſis rerum præteritarum memoria excidit, ob aliam cauſam: nimirum quia confugientibus ad præcordia ſpiritibus, & vnà cum ijs calore, partes cerebri, in quibus memoriæ officina eſt, ita frigore occupatæ addenſatæq́; fuerunt, vt rerum imagines aboleuerint.

Lege Ariſtot. ca. 2. de. mem. & remin.

IN LIBRVM DE SOMNO, ET VIGILIA.

Quidnam Somnus ſit? Cap. I.

QVia ſomnus priuatio quędam eſt vigiliæ; & omnibus priuatio per formam, quam negat, definitur & innoteſcit: acturi de Somno, priùs quid Vigilia ſit explicabimus. Eſt ergo Vigilia omnium externorum ſenſuũ, at ſaltem aliquorum, ſolutio & libertas. Somnus verò, eſt ligatio omnium ſenſuum externorum, ad animantium quietem, & ſalutem inſtituta. Dicimus, omnium ſenſuum externorum: quia ſi vel vnus ſenſus non ſit conſopitus, ſed vigilet, hoc eſt, in opus & actionem incumbat, non ſomnus, ſed vigilia dicetur: videlicet nomen ratioque ſomni plus negat, quàm vigilia exigat. Addimus, non omnium abſolutè, ſed externorum ſenſuum: quia vt animal dormire perhibeatur non opus eſt ligari etiã ſenſus internos. Adiecimus, ad animantium quietem &c. quia cùm ſenſus obtorpeſcunt, & morbis

De hac re Plato 9. de Repu. Plutarc. lib. 5. de plac. c. 24. 25. Galen. 2. Aphoriſ. 3. aph. Lact. lib. de opiſic. Dei, ca. 8. Tertull. in lib. de animi. ca. 4. Auerr. 2. colliger. c. 21. Ariſt. 2. & 3. cap. huius lib. & 6. Topic. ca. 3. Themiſt. c. 4.

alicuius

alicuius vi feriuntur (ut accidit iis, qui ex lipothymia, epileſia, præfocatione, & id genus alijs penè mortui iacent) eiuſmodi quies non ritè ſomnus appellatur; quia non eſt inſtituto naturæ inducta in bonum animalis, ſed ad eius perniciem aliunde inuecta.

Quoniam uerò, ut omnes potentiæ organo corporeo affixæ morte funditus intereunt, ſuiſque actibus omnino priuantur ita ſenſus externi, dum ſomno tenemur, à functionibus ceſſant: ortum inde eſt, ut ſomnus (teſte Platone in Phædone) uelut mors quædam habeatur. Vnde Cic. in lib. de Sen. Nihil uidemus morti tam ſimile, quàm ſomnum. Et Virgilius lib. 6. Aeneidos:

Tum conſanguineus lethi ſopor.

Et ad huius imitationem, Seneca poeta in Hercule Furente:

Frater duræ languidæ mortis. Et Ouid.

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?

Aduertit autem Tertullianus, in ſuo lib. de Anima, ideo nobis in maxima uitæ quiete, hoc eſt, ſomno, mortis effigiẽ repræſentari, vt commoueamur, quales ante vitam ſine ſenſu fuerimus, quales poſt mortem ſine ſenſu erimus [Voluit, inquit, Deus, & alias nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, paradigmate Platonico pleniùs humani veli maximè initij ac finis lineas quotidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei faciliùs addiuuandæ per imagines & parabolas, ſicut ſermonum, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi ſoporis eliſum, blanda quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit.] Hæc Tertullianus: apud quem lege, ſi placet, eodem in loco varias ſomni definitiones, quas Stoici, Epicurei, Anaxagoras, Xenophanes, Strato, alijque ex antiquis Philoſophis inuexerunt. Quæ tamen minùs ſunt ad rem aptæ, quàm quæ à nobis propoſita eſt.

Quo pacto ſomnus fiat?
Caput II.

QVia Somnus ligatio eſt externorũ ſenſuum, videamus quiddam eam

A ligationem præſtet. Conſtat, nullum ſenſum in actione uerſari abſque ope ſpirituum è cerebro influentium, vt alibi ex inſtituto planum fecimus. Si igitur huiuſmodi ſpirituum communicatio inhibeatur, neceſſum erit omnes externorum ſenſuum functiones intermitti: inhibetur autem, cùm obſtruitur via, per quam ſpiritus commeant: quæ via pertingit ad aditum, ſiue oſtia communis ſenſus, in quem vndique velut in centrum externæ facultates, rerum per-

B ceptarum imagines quaſi lineas transmittunt; viciſſimque ab eo, ut à piſcina, ſpirituum animalium deriuationem excipiunt. Ob idque Ariſtoteles hoc in lib. cap. 3. appellauit ſomnum uinculum primi ſenſorij: quia videlicet, cùm præcluditur ſenſus communis uia, & primum ſenſorium ligatur, atque impeditur ne per ipſum è cerebro ſpiritus animales in ſenſus externos illabantur, ſomnus

C exiſtit. Quamuis, vt alibi oſtendimus, in eo non ſit auſcultandus Ariſtoteles, quòd primum ſenſorium, ſiue organum ſenſus communis, non in cerebro, ſed in corde ſitum eſſe conſtanter affirmet. Si enim ita eſſet, oporteret remedia ad conciliandum ſomnum non capiti, ſed cordi applicare: quod à communi medicæ artis præſcripto, & conſuetudine abhorret.

Somnus vinculum primi ſenſorij.

D Porrò obſtruuntur ad ſomnum ſenſus communis oſtia, vaporibus potiſſimum è ventriculo in caput aſcendentibus; iiſdemque opplentur membranę circa cerebrũ & uenæ: vnde & ſpiritus graues pigri & torpidi reddũtur. Atque hoc modo externi ſenſus ligantur, id eſt, nihil operis moliuntur: nec auditus quicquam audit, nec aſpectus uidet, nec olfactus odoratur. Quod D. Gregorius Niſſenus in lib. de Hominis opificio, cap. 13. in hunc ferè modum ediſſerit: [quemad-

E modum ex terra irrigua uapores ab imo attrahuntur, maximeq; cum Sol radios calidiores ſpargit: ita in noſtri opificij ſolo euenit, cibis intra nos perinnatum calorem ebullientibus. Cumque uapores natura ſurſum tendant, fit ut non aliter ac fumus per ipſas membrorũ quaſi parietum commiſſuras penetrent, & in ſuperiora capitis euadant: inde uerò ad

meatus

meatus organorum ſenſus delati, paſſim A ſe permiſcent, ſicque ſenſuum omnem otioſum reddi neceſſe eſt.

Quod vt planius intelligas, aduerte, cum quis ſe quieti dat, refrigeratio mox aliquantulum cerebri (otium namque frigiditas comitatur) addenſari & concreſcere in eo vapores: eo modo, quo halitus coit & in aquam vertitur, tum in operculo ollæ ad ignem fermentis, tum in pyramide ſeu cuſpide vaſis illius: quod quidem ſublimatorium vocant, vulgò alambicum. Sic igitur exhalatio addenſata, iterumque inferiorem locum ſuo pondere capeſſens, obturat meatus, per quos ſpiritus animales ad externorum ſenſuum domicilia effundendi erant. Sed enim iſtiuſmodi obſtructio non ſolum impedit deſcenſum ſpirituum animaliũ è cerebro, ſed etiam aſcenſum vitalium è corde ad idem cerebrum: cuius commercij interſtitium & feriatio quamdiu durat, tamdiu ſomnus perſeuerat. Oportet autem prædictam obſtructionẽ haud nimium pertinacem eſſe, ſed mediocrem: qualis fit vaporibus elatis è ſucco vtili. Nam qui è ſucco v.g. vltra modũ craſſo, & frigido excitantur, hi ligationem ſenſuum præter naturam, ac minimè ſalutarem inferunt.

Opinio Commentatoria, & Galeni de cauſa ſomni.

Cæterum Auerroes 2. Coll. 21. & Gal. 1. de cauſ. Sympt. ca. vl. & 3 de cauſ. pulſ. ca. 9. arbitrantur, cauſam ſomni non prouenire ex euaporatione alimenti; ſed quòd ipſa anima reuocet colligatque in cerebrum ſpiritus animales, ad eorum reparationem, & ad quietem, ſalutemque animantium. Vnde ex horum placito ſomnus definitur [impotentia ſenſuum, propter naturam ſpiritus retrahentem. Suffragaturque his auctoribus Auicen. 13. tract. 41. dum inquit, ſomnum eſſe reditum ſpirituum ab organis ſenſuum, propter naturam ſpiritus reuocantem. Et Plinius lib. 10. cap. 75. vbi ita ſomnium definit: Somnus eſt animi in medium ſeſe receſſus.

Argumenta.

Quòd igitur ſomnus non fiat obſtructis meatibus vapore cibi, probant ex eo: quia laſſitudo, & ſuauitas cantus, & tenebræ, & ſilentium, inducunt ſoporem; cũ tamen nullum horum exhalationem alimenti contineat. Item, quia non quoties A à cibis abſtinuimus, negat ſomnum natura; nec quoties eoſdem cepimus, ſomnũ largitur: ſed ſæpe accidit, vt exinanito ſtomacho dormiamus; pleno vigilemus. Poſtremò, quia cum natura tantum momẽti ad tuendam vitam in ſomno poſuerit, non debuit, munus hoc & viciſſitudinem vigilandi, committere fortuitæ alimenti exhalationi; ſed potius (inquit Auerroes) alicui certæ facultati, totius animalis rectrici, quæ more prudentis patrisfamilias B vniuerſi corporis quaſi domus communem curam gerat, & pro temporum opportunitate nunc animales ſpiritus retrogat & condat nunc promat effundatque in ſenſuum officinas, & arbitrarij motus inſtrumenta.

Defenditur ſententia Ariſtotelis.

Nihilominus aſſerendum eſt cum Ariſtotele, hoc lib. cap. 3. & 2. de part. animal. cap. 7. ſomnum induci euaporatione, & obſtructione meatuum, per quos C ſpiritus animales excurrunt: ſunt enim huius rei non obſcura argumenta. Primum, quia ideò quædam edulia & potiones, vt lactucæ, bugloſſæ, florea nyphæ, amygdala dulcia, dactyli ſeu palmulæ, mandragora, papauer, lac, vinum, aliaque eiuſmodi, ſomnifera dicuntur, quod plurimum vaporem ſurſum efferunt, & humenti ſuauique halitu cerebrum irrigant. Secundò, quia iccirco infantes & phlegmatici ſomniculoſi ſunt, ſenes verò & melancholici peruigiles; quia illi D humore fumeo, hi ſiccitate abundant. Tertiò, quia multi ob inediam inſomnes noctes traducunt; & è contrario poſt cibum facile ſomnum ineunt: id verò non niſi, quia vapores ſuppeditat cibi copia, negat inopia. Non videtur tamen inficiandum, concurrere ſimul ad inducendum ſoporem reuocationem ſpirituum ad cerebrum: ſi enim per ſolam viarum obſtructionem illorum communicatio impetretur, non tanta ſuauitate, ſed E quaſi per vim ſomnus adueniret, obſiſtẽtibus ad oſtia ſenſus communis, & conantibus qua data porta erumpere more ſuo ſpiritibus. Vt verò quomodo talis reuocatio fieri poſſit intelligas, aduerte, ſpiritus vitales è corde, & animales è cerebro diſpenſari, opera virtutum expultricium & attrahentium (nec enim aliter huc illuc rite, ac rectè promoueren-

tur

eur, ſaltem dum è cerebro deſiliunt; nam aſcendentes leuitas incitat:) quia ſcilicet uirtus expultrix emittit è corde & cerebro prædictos ſpiritus, ad uitales & animales functiones obeundas; ſimiliterque virtus attrahens membris & ſenſorijs inſita eoſdem ad ſe prolectat: ſicq; ipſum cor ſpiritus, quos in membra diffuderat, ſi urgeat neceſſitas, iterum per attractoriam vim ad ſe colligit; vt in vehementi trepidatione, & mentis deliquio: inde eſt B enim artuum tremor, & oris pallor, deſerente videlicet extimas partes calore, & ſpirituum miniſterio, ac vehiculo in præcordia abeunte. Sanè hoc modo poteſt virtus attractoria, cerebro incidens, ad conciliandum ſomnum, naturali inſtinctu ſpiritus animales introrſum reuocare, ſiue apud ſe retinere. Atq; ita cauſa soporem inuehens nō videtur ſcil. meatuum obturatio, ſed ſpirituum detentio ſeu reductio. Quam duplicem ſomni cauſam conſtituit præter alios Fracaſtorius, lib. 2. de Intellect. Alenſis quoq; 2. p. qu. 89. mem. 3. inter alias ſomni cauſas numerat reuocationem caloris ſiue ſpirituum, à Galeno poſitam.

Sol. arg.

Argumenta verò, quæ meatuum obturationem à cauſis somnum inducentibus omnino remouere uidebantur, facilem habent explicatum. Ad primum dicendum: ea, quæ animam colligunt & à ſenſuum diſtractione abducunt (qualia ſunt quæ in argumento recenſentur) magnopere ſomnum iuuare; quia applicatio ſenſuum remiſſa, & ad pauca se porrigens, vt minori conatu ſpiritus euocat, ita facilius patitur eos intus reuocari detinerive, & vias quibus ſpiritus foras traijciunt occludi.

Ad ſecundum: ſi uentriculus, & aliæ partes è quibus vapores in cerebrum feruntur, ita inanes ſint, vt nihil omnino exhalarent, peruigilium dari, non ſoporem. Pleno autem ſtomacho interdum non capi ſomnum, etſi opportuna hora captetur; quia ſubſunt impedimenta, quæ vel in ventriculo euaporationem, vel in cerebro vaporum concretionem inhibent.

Ad tertium, ſi natura animantium uitam ex alimenti hauſtu dependentem fecit, quid mirum ſi eandem ex alimenti

A euaporatione dependere voluerit? præſertim cum talis euaporatio poſt hauſtū cibum, niſi quid obſtet, neceſſariò conſequatur.

Quod autem vltimò prædicat Commentator de ſua illa virtute rectrice, commentitium eſt, ſi aliam ad ſpiritus adminiſtrandos facultatem ponat (ut reuera ponit) præter attrahendi & expellendi uires, quas diximus. Sed hac de re 1. de Ortu & Interitu plura.

De virtute rectrice Commentatoris.

Finalis cauſa ſomni, eiuſq; multiplex vtilitas, ſi moderatus ſit; incommoda, ſi immoderatus. Caput. III.

EGimus de cauſis ſomnum inducentibus: proximum eſt, vt de eius fine
C diſſeramus. Finis, ob quem natura ſomnum inſtituit, ſunt commoda, quæ illius beneficio animalibus obueniunt. Hæc quam multa ſint, ſummatim complexus eſt Tertullianus, in ſuo li. de Anima, c. 43. hiſce verbis:] Somnus eſt recreator corporum, redintegrator uirium, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum, cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem.

D Nimirum dum ſomni tempore ſenſus externi uacationem quandam, feriarum vice, impetrant: collecta ad internas functiones animalium ſpirituum diſpendia reſarcit; vitalis potentia in læuo cordis ſinu ſpiritus uitales exactius elaborat; facultas naturalis in alimenti decoctionem impenſius incumbit cæteraque ſuarum partium munia expeditius abſoluit.

Vtiq; ſomni & uigiliæ reciprocatione, vitæ ſalutique animantium mirificè natura
E conſuluit. Non ſolum quia iſthæc viciſſitudo, ut in cæteris fere naturæ rebus, iucunda eſt; ut Tertullianus in lib. de Pallio, & Seneca in l. de Tranqui. vitæ c. 15. luculenter oſtendunt; ſed quia eius beneficio apta corporis conſtitutio ſeruatur, viresq; inſtaurantur & reficiuntur. Debent tamē hæc duo per alternas uices

Viciſſitudo iucunda.

Immodicæ vigiliæ incommoda.

A mutuò attemperari. Namq; inprimis vigilia, ſi modum excedit, magnam affert corpori noxam; vt probat experientia, docetque Hippocrates lib. 2. Aphor. 3. quandoquidem immodicæ vigiliæ & intempeſtiuæ lucubrationes, ſpiritus exhauriunt, conſumpto vitali ſucco maciem inuehunt, cruditates pariunt, vires labefactant, ſenſuum functiones debilitant, ac nonnunquam etiam nimia ſiccitate delirium & inſaniam, & deniq; mortem afferunt. B Qua de re conſulendus Galenus comm. 2 ad 1. Porrhet. text 29. & li. 7. Aphor. comm. 18. & lib. 7. Meth. me, & 3. de ſanit. tuend.

Immoderati & intempeſtiui ſomni detrimenta.

Similiter ſomnus niſi moderatus ſit & tempeſtiuè adhibeatur, non parum offícit valetudini; vt monet Hippocrates 2. Aphor 3. & Auerroes 6. Collig. c. 4. Laxat enim membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, ſtupidos, ſocordes, obliuioſos, ad vitia procliues reddit, atque C ſubeundos labores, resq; libero homine dignas ſuſcipiendas pigros & inutiles. Maximè verò ſomnus immodicus indigna res eſt ijs, qui ſe bonarum artium ſtudijs dediderunt: tum quia non iacet in molli lecto ſapientia; tū quia non decet ſapientiæ amatores meliorem vitæ partē, quæ in vigilia conſiſtit, mortis imagine commutare; & vitam, quæ homini tam breuis contigit, breuiorem reddere.

Ariſtotelis vigiliæ.

Præbuit certè vigilandi exemplū Philoſophis eorum princeps Ariſtoteles, qui D (teſte Laertio in eius vita) cum ſe ad quieſcendum componeret, ſolitus erat æneā ſpheram tenere in manu, peluí ſubiecta: eo conſilio, vt cum dormientis manu excuſſum pondus in ſubditum vas æneum decidiſſet, ſono illius excitatus ſtudium repeteret. Sed quid mirum, feciſſe id Philoſophum, cum ſimile quid paſſim obſeruet gruum reſpublica. vt ſcripſit Plinius lib. 10. Nat. hiſt. ca. 23. & Plutarchus in lib. de anim. induſtr. Dum enim ceteræ capite ſubter alam cōdito quieti ſom E noq; indulgent, vnaquæq; earum per vices nocturnis temporibus excubias agit, lapillum pede ſuſtinens, qui laxatus ſomno & decidens indiligentiam coarguat.

Illud hic adijcimus: cum ſalubris ſomni ratio multis conſtet rebus, nihil ad id tantopere curandum, quam vt temporis A ratio habeatur. Eſt autem aptiſſimum ſomno tempus nocturnum, propterea quod ipſum noctis ſilentium quietē aduocat, & circumfuſi aeris frigiditate innatus calor facilius ſeſe colligit, & ad interiora reuocat: cum ſomnus, vt Ariſtoteles cap. 3 huius libri aſſerit, antiperiſtaſis quædam ſit naturæ conueniens. Nec inſcitè Naſo poeta lib. Transform. 11. regiam ſomno ædificauit prope Cimmerior, quorum regioni fingitur nox atra B perpetuò incubare; referente Tullio 4. Tuſc. quæſtionum, & Strabone libro 1. Geogr. Itaque rectè Seneca lib. 22. Epiſt. 123. eos reprehendit, qui, vt quidam in eadem vrbe Antipodes noctes vigilant, dies dormiunt: quos appellat lycnobios, id eſt, lucernarios: aitq; eiuſmodi homines contra naturam viuere. Quod factitaſſe Heliogabalum Romanum Imperatorem, teſtatur Lampridius in eius vita.

C

Quod ſomnus omnibus Animalibus competat: num ab eo, an à vigilia vitam auſpicemur.

Caput III.

COnuenire autem ſomnum omnibus animantibus, perſuadet tum communis eius neceſſitas, tum authoritas Philoſophi, hoc in li. c. 2. & 4 de Hiſt. D anim. ca. 10. Ac de aquatilibus id confirmat Plinius lib. 10. Nat. hiſt 75. quia ipſa etiam quiete cernuntur placida ſeu ſoporata, neque aliud quam caudas mouentia, & ad tumultum aliquem expauentia De thynnis id confidentius affirmatur, quia iuxta ripas dormiunt: itemque de balænis, & delphinis, qui ſtertentes etiam audiuntur. Scribit Plutarchus in libr. de anim. induſt. cum Delphinus ſine motu eſſe non valeat (eſt enim, inquit, [illi idē vitæ motusq; finis)] vbi ſomno indulge E re vult, ſubleuare in ſummam aquam ſeſe, ac ſupinum corpus demittere per maris alta, æſtuq; deferri, tantiſper dum in vada impingat, vbi excuſſo ſomno ronchoq; edito ad ſummum rurſus meat, ac pronus labitur motu ad quietem mirificè compoſito.

Cœlius li. 10. cap. 7.

Porrò docet Ariſtoteles lib. 5. de Gen.

anim.

anim. cap. 1. hominem primæ ætatis ingreſſu pluſquã cæteros animantes ſomno deditum eſſe. Namq; intra parentis viſcera totum ferè tempus dormiendo conſumit: ſimiliterq; a principio, cum in lucem prodijt, partem maiorem temporis ita degit. Cuius rei causã eſſe ait, quia imperfectiſſimus omniũ perfectorum partium exoritur, & incremento partis ſuperioris exſuperat, atque adeo vaporibus in capite affluit. Habet autem pro magnitudine ſui corporis maius cerebrum, quam cætera animantia, vt liberius & abſolutius in eo perficiantur internorum ſenſuum operationes, quæ ad intelligendi munus obeundum neceſſariæ ſunt; vt alibi diſſeruimus.

Cur homini maius cerebrum quã cęteris animãtibus.

Quæri ſolet, vtrumne homines à ſomno, an potius à vigilia vitam ordiantur? Quod a ſomno, argumentum eſt, quia natura non niſi gradatim, ac per mediũ ab vno extremo ad aliud peruenire conſueuit: ſomnus autem viuendi ac non viuendi interliminium eſt; ita vt qui dormit, neque omnino viuere, neq; non viuere videatur: ſi quem uiuitur potiſſimum uigilia, propter ſenſum. Huic dubitationi occurrendum eſt, cum non dicatur proprie ſomnus, niſi a quo quis expergiſci poteſt (ut Ariſtoteles loco, quẽ paulò ante indicauimus, & hoc in lib. ca. 1. docet) & infantes intra matrum uiſcera primis diebus propter humiditatis affluentiam, organi imperfectionem, ſenſuumq; hebetudinem, expergiſci nequeant, non dici eos proprie tunc dormire: proindeq; hominis uitam nec à uigilia, nec à ſomno proprie accepto inchoari; ſed à torpore illo, per quem ad uigiliã quaſi per medium tranſit.

Non fuiſſe à ſtatu innocentiæ ablegandum ſomnum.
Caput V.

Illud ſcitu dignum, an Adamus eiuſque poſteri in ſtatu innocẽtiæ ſomnũ capturi eſſent? Nõnullis, quorum meminit D. Thom. in 2. d. 19 q. 1. art. 3. negãt: quibus ea ratio adſtipulatur, quod ſomnus (docente Ariſt. hoc in lib. cap. 2.) inſtitutus a natura ſit, ad quietem uirium que reparationẽ; homines autem felici illo ſtatu nec laborem, nec diſpendia ulla ſenſiſſent. Nec obſtat, quod Sacrę paginæ authoritas Geneſ. 2. aſſerit, immiſſum fuiſſe Adamo ſoporem, cum ab eius latere diuulſa eſt coſta ad corpus Euæ exædificandum: non inquam obſtat, quia ſopor ille ecſtaſis potius fuit, quam ſomnus; ut affirmat D. Aug. 9. de Geneſ. ca. 1. Quod ex eo etiam planum uidetur, quia tunc Adamus ſecretiore cœleſtis numinis afflatu incarnationis myſteria cognouit. Quod utique ſignificauit illis uerbis: [Hoc nunc os de oſſibus meis.] Sic enim ea interpretatus eſt D. Paulus Epheſ. 5. cum dixit. [ſacramentum hoc magnum eſt] &c.

In eamq; partẽ magis inclinat Alenſis 2. p q. 89. mẽb. 3.

Verum D. Thomas loco cit. probabilius cẽſet, & in 1. p q. 94 ar. 4. & q 93. ar. 3. diſertè affirmat, & quidem meritò, et in ſtatu innocentiæ fuiſſe dandum ſomno locum: non ei, qui ex laſſitudine aut morbo oriretur (is enim defectũ argueret) ſed quẽ duntaxat pura & ſuauis alimenti uaporatio alliceret. Eſt enim hæc genuina & naturalis affectio ad totius animantis perfectionem attinens. Itaq; licet ſomnus in noſtra hac mortali uita compareretur, obſeruiatq; ad uirium iacturam reſarciendam, in illa tamen felicitate, in qua homines multis diuinis muneribus ſupra naturæ conditionem fruerentur, ad ſolam oblectationem, & ſinceram uoluptatem obdormiſcerent, cum uellent. Nec concreti uaporis colluuio caput degrauaret, ſed moderata purioris halitus copia ad quietem, hoc eſt, ad externarum functionum ceſſationem ineundam blandè inuitaret ac deliniret. Igitur ſopor ille primi parentis reuera ſomnus fuit, ut eſt communis Patrum aliorumq; auctorum interpretatio. Vnde & D. Thomas ex eo loco Geneſeos colligit, 1. p. q 97. art. 2. Adamum in ſtatu innocentiæ dormijſſe: idque indicant uerba illa. [immiſit Deus ſoporẽ] Vbi uox Hebræa [tardemach,] non quem libet ſomnum, ſed grauem ſignificat: pro qua uertit Aquila *κατα φορ*, quaſi totius uigiliæ lapſum: Simmachus *καρον* id eſt profundum ſomnum. Fuit tamen is ſomnus a Deo iniectus: & quia in eo

Idem probat Tertullianus in lib. de An. c. 43.

mens Adami ſupra naturæ conſuetudinem modumq; ad diuinorum myſteriorum contemplationem euecta eſt. Ecſtaſis ſimul fuit.

Quomodo animal expergiſcatur, & a ſomno ceſſet? Caput VI.

DVpliciter ceſſat animal à ſomno: uidelicet aut ſponte ſua, tunc que proprie dicitur expergiſci; aut aliena ui B & interpellatione. Prior ceſſatio tunc datur (vt explicat Themiſtius hoc loco ca. 23. ſuæ parap. ex doctrina Ariſtot. in extremo huius lib. ca.) cum primum abſoluta & profligata concoctio eſt: cumq; intimus calor, qui ambientis frigoris metu in anguſtum ſe contulerat, tandem victis difficultatibus, & ſuperior factus, è latebra emicat: quod non antè accidit, quam ſanguinem fœculentum & turbidum a puro diſcreuerit: eſt enim tenuiſſimus, qui in caput mittitur; admodum verò craſſus, qui inferioribus partibus mandatur. Igitur quandiu ſanguinis ex cibo indiſcretus eſt, ſopor infuſus durat; nec antè ceſſat, quam ſincerus ad ſuperas partes, ad inferiores antè craſſior euadat: quod cum factum eſt, animalia, quaſi onere quod cibis afferebatur depulſo, excitantur & vellicantur è ſomno.

Itaque huius ſententiæ ſumma eſt: tunc expergiſci animal, cum decoctio vi naturalis caloris, qui ſe ad id collegerat, peracta eſt: tunc enim calor & ſpiritus robuſtiores effecti, ad externa organa diffunduntur. Quod intelligendum eſt de celebri, & maximè naturæ conuenienti expergefactione: vt aduertit hoc loco Buridanus q 6. Contingit enim nõ rarò, expergiſci animal etiam ſpõte ſua ob alias cauſas; ante peractam coctionem; imò & interdum, cum non præceſſit propria alimenti decoctio: vt cum excitatus fuit vapor ex recrementijs humoribus, qui ventriculo inſidebant. Verum enimuerò vniuerſalior & communis cauſa, ob quam expergiſcuntur animantia, eſt quia panduntur meatus, per quos ſpiritus animales tranſmeant: panduntur autem ordinarie, ſi animal rectè A ac probè ſe habeat, poſtquam vapores, qui eos occludebant, calore cerebri con ſumpti ſunt.

Quod verò attinet ad eam ceſſationẽ à ſomno, quæ exterius procuratur, vt cũ quis alium clamando excitat: dubitarit quis, quonam pacto id fieri poſſit? Nec enim, qui ita ſomnum rumpit, aliter excitatur, quam clamoris perceptione: non apparet autem quomodo clamorẽ percipiat, cum audiendi officiũ deſtituta ſit influxu cerebri & ſpiritibus, quorum miniſterio ſenſiones perficiuntur. Reſpondemus tamen cum Buridano, Thoma à Vega in ſuis comm. ſuper 3. Gal. de loc. aff. & Valleſio lib. 4. Cont. medic. & philoſ. & Fracaſtorio lib. 2. de intell. inſtrumenta externorum ſenſuum in dormientibus non omnino priuari influxu cerebri nec ita deſeri à ſpiritibus animalibus, vt non eis aliqui ſuppetant, quorum opera ſaltem vehementia ſenſibilia per- C cipere valeat. Itaq; cum quis dormientẽ inclamat, anima appulſu ſoni & auditoriæ imaginis ſtimulata, ad audiendi actũ concurrit, ſomnumq; dignoſcit: primò quidem obſcurè & quaſi per vmbram; mox clarius ac diſtinctius; ſubindeque expultrici vi conatum faciens maiorem immittit ſpirituum copiam, quorum irruptione ſenſus communis aditus, vtq; ad ſenſoria, pariter reſerantur, atque ita qui antea conſopitus erat euigilat. Sunt D tamen nonnulli, qui ægrè a ſomno excitari conſueuerunt, ita vt etiam pulſati vix, ſibi reddantur: cuius rei cauſa eſt, quia pauciores vel hebetiores ſpiritus in organis ſenſuũ retinent, aut obſtructiores habent meatus.

De ijs, qui dormientes obambulant. Caput VII.

CIrca eos verò, qui ſopore affecti è lecto ſurgunt, & huc illuc oberrãt quæret aliquis, num ſimpliciter experrE cti dici debeant, an dormientes? Cum enim ſui compotes non ſint, dormire vtique videntur. E contrario tamẽ quod non dormiant ſuadet ea ratio: quia ſi ij virtuti motrici, muſculis inſidenti animales ſpiritus e cerebro communicãt membrorum motum exercendum, cur non

De his Ariſt. in l. c. 2. & 5. de gene. an. c. 1 Cęh° l. 26. c. 33.

non etiam eoſdem ſpiritus organis ſenſuum impertient ad ſua obiecta dignoſcēd.; atque ita verſabuntur per id tempus ſenſus externi in opere & vigilia.

Explicatio propoſitæ difficultatis.

Huiuſce controuerſiæ dilutio hæc ſit: cùm ad ſomnum requiratur omnium ſenſuum ligatio, & ad vigiliam ſufficiat vel vnius ſolutio, vt à nobis antè declaratum fuit; cenſendum erit, iis, qui prædicto modo è lecto ſurgunt, non ſimpliciter ineſſe ſomnum, ſed modum quendam ſomni imperfectum, & quaſi dimidiatum: quandoquidem non eſt negandum, eos tactu, etſi obſcuro, vti, dum terram pulſant, dum ſe veſtiunt, dum fores pandunt, dum arma corripiunt, aliaque faciunt eiuſmodi, quę non ſine aliqua tactilium perceptione exhibentur. Neque refert, quòd interim ſui compotes non ſint: ad vſum namq; rationis requiritur internorum ſenſuum ſolutio; quæ tamen non arguitur ex eo, quòd aliqua externa facultas euigilet, & in opere verſetur. C Cauſa verò, cur ij qui dormientes ambulant, etſi nullo ſenſu externo perfectè vtantur, nihilominus actū virtutis motricis grauiter, perfectéque exerceant (ſæpe enim longa ſpatia haud aliter quàm vigilantes conficiunt: & vt cętera huius rei omittamus exempla, narrat Galenus 2. lib. de motu muſc. cap. 4. aliquando ſe integrum ferè ſtadium dormiēdo peregiſſe) cauſa inquam eſt, quia, vt Vega in 3. Galeni de loc. aff. animaduertit, via, per quam cerebri facultas ad motum pectoris, & artuum influit, alia eſt & D laxior, quàm ea per quàm in ſenſuum externorum officinas illabitur. Quo fit, vt non equaliter potentia motiua, & ſenſitiua exterior, à ſuis functionibus ſomno impediatur; præſertim cùm imaginatio, quæ appetitum ad motionem excitat, ſæpe in dormientibus fortior, ac vehementior ſit, utpote cui tunc ratio non obſiſtat.

E Duo præterea aduertenda hic ſunt. Alterum: vim loco motricem in ijs qui dormiunt, non ſolùm tunc cùm obambulant operari; ſed etiam cùm decumbunt haud omnino officio ſuo deeſſe: vt affirmat Galenus lib. 2. de motu muſc. quandoquidem & tunc loquuntur; & paruum aliquod corpus flexis digitis prehenſum ſeruant; & inferiorem maxillam diſcede- A re à ſuperiori non ſinunt, niſi admodum defeſſi ac torpidi ſint; & aerem reciprocādo attrahunt, reuocantq;: quæ omnia non niſi miniſterio, atque opera motoriæ virtutis exhibentur. Alterum: id quod diximus ſuperius, eos qui inter dormiendum ambulant uti ſenſu tactus, nō ita accipiendum, quaſi internum non aliquo alio ſenſu pariter uti ſoleant: cùm Ariſtoteles 5. de gener. anim. c. 1. eiſdem videndi actionem tribuat: cùm item ij, qui inter dormiendum loquuntur & ad interrogata reſpondent, audiendi ſenſu vtantur. Noſtra igitur ſententia eſt, ſemper eos aliquo tactu vti, licèt obſcuro, vtcunque circa aliorum ſenſuum functiones ſeſe habeant. Sunt autem magna ex parte huiuſmodi ambulones ſui pte ingenio inquieti, agiles, & multis ſe negotijs immiſcentes, quos ardeliones vocant. Vnde ex natiua ſenſuum viuacitate excitatio illa exoritur.

Quid cauſa eſſe videatur, cur galli ſtato noctis tempore expergefiant & canant? Cap. 8.

SVam habet in Philoſophia conſiderationem, alitum gallorum definitis in tempeſtæ noctis ſpatijs experrectio cum cantu. Hos ait Plinius lib. 10. Nat. hiſt. cap. 21. excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; ſomno naturam genuiſſe. Norunt, inquit, ſidera, & ternis interdiu horas cantu diſtinguunt: cum Sole eunt cubitum, quartaq; caſtrenſi vigilia ad curas laboremq; reuocant; nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; venientem nunciant cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum. Affirmat tamen idem Plinius lib. 29. cap. 4. ſi eorum collo circulus è ſarmentis addatur, non canere: cuius rei fides penes auctorem maneat. Licet verò id, quod aſſerit de diſtinctione temporis ex gallinacei cantu per ternas horas, fictitium ſit, vt experimento cōprobatum eſſe docet Scaliger. Exercit. 239. in Card. nihilominus quid cauſæ ſit, cur gallinaceus circa noctis medium canat, quod verum eſſe nemo ignorat; id inquam à multis quæſitum, à nullo for-

taſſe hactenus inuentum. Omiſſis aliorũ placitis, quæ uidere eſt apud Scaligerum loco cit. Cœlium lib. 16. Antiq. lect. c. 13. Duæ ſunt hac de re celebriores ſententiæ. Vna Democriti, ut refert Tullius li. 2. de Nat. Deor. aientis excitari tunc gallum, & canere, quod quiete ſatiatus ſit, ac mirificè recreatus, depulſo de pectore & in omne corpus diſtributo cibo. Altera exiſtimantium, gallum eſſe autem ſolarem, in eumque peculiariter ſolem influere potiſſimum, cum poſt noctis medium ad noſtrum Orientem uergere incipit, idque in cauſa eſſe, cur tunc gallus experrectus canat, quaſi planetæ ſuo congratulatus. Ex his duabus opinionionib', etſi prima ad ueritatem propius accedit; neutra tamen omnino ſatisfacit. Non prima; quia non explicat, cur cæteræ cantatrices aues non eodem tempore excitentur & canant: non ſecunda; tum quia liberè confugit ad cœleſtem influxum; tũ quod ſæpe galli ante mediam noctẽ cantum edunt, ſæpe multo poſt. Dicendum uidetur ut ſingulis animantiũ ſpeciebus conuenit peculiaris inſtinctus & inclinatio, orta à certis qualitatibus, & temperie unicuiq; ſpeciei propria: ita gallinaceo ex vi natiui ſui temperamenti (quod præ calidum eſt, ac facilè cibos digerit) competere, ut ei ordinariè circiter mediam noctem ſoluantur ſenſus; eodemq; tempore eidem à proprio phantaſiæ inſtinctu cantum & alarum plauſum imperari: atque hanc eſſe tum expergefactionis, tum cantus cauſam. Quare nihil mirum, ſi non idem accidat cæteris auibus, cum non omnes eodem temperamento & inſtinctu præditæ ſint.

Opinio Democriti.

Sententia aliorum.

Singulis animantiũ ſpeciebus peculiaris inſtinctus.

Solutio problematum, quæ ad ſomnum pertinet. Caput IX.

DIlluximus nunc aliquot problemata, de rebus ad ſomnium ſpectantibus. Primum ſit: Si cerebrum calidum eſt, non frigidum, quo pacto uapores illuc perlati eius frigiditate addenſantur, & meatus occludunt? Reſponſio: Ariſtoteles 4. huius lib. affirmat, cerebrum eſſe omnium quæ in animali continentur frigidiſſimum: cuius effati ueritas alibi à no

Sententia Ariſt. de frigiditate cerebri.

A bis excutienda eſt. In præſenti dicimus ſaltem, cerebrum multo eſſe frigidius corde, & ſpiritibus qui è cordis uentriculo emicant; habereque eam frigiditatem, quæ ſatis ſit ad ſtomachi halitus addenſandos. Quod Ariſtoteles apta ſimilitudine expreſſit loco citato. Quemadmodum inquit, uapor, qui ſolis calore è locis humidis exhalatur, cum ad medium aeris regionem peruenit ob algorem eius loci perfrigeratur, coactuſque & in aquam uerſus ſuo pondere ad ima labitur: ſic uapor

B uentriculi, quantumuis calidus, ubi innati caloris ui ad cerebrum appulit, eius frigore coacervatus & confertus deorſum truditur.

2 Cur externæ facultates opere laſſantur, & quiete ſomnoque indigent; non ita uero facultas nutriendi, quæ in otio nunquam eſt? Reſponſio: quia externæ facultates munus ſuum obeunt interuentu

C animalium ſpirituum, qui dum potentiæ incumbunt in opus abſumuntur (ſunt.n. prætenuis & eũ nidæ ſubſtantiæ) iiſque abſumptis neceſſe eſt defatigari potentias. uis autem nutritoria, ex communi philoſophorum placito, nec eiuſmodi ſpiritibus, nec uirtute per illos è cerebro influente indiget. Quod ſi opus habet ſpiritibus naturalibus, quos quidam à uitalibus & animalibus diſtinctos ponunt, ij non intereunt aut deficiunt, dũ nutriens facultas operatur; quin uerò ab ipſa tunc gignuntur, & elaborantur, ut in progreſſu explicabimus. Quo fit, ut huiuſce potentiæ functiones cum labore & laſſitudine coniunctæ non ſint; proindeq; nec quietem deſiderent.

Spiritus animalis.

3 Si ſomnus fit adacto intus calore, labor autem, motuſque corporis calorem ad extimas partes diffundit, qui fieri poteſt, ut labor ſomnum inducat? Reſponſio. Quia calor, qui agitato corpore ſparſus fuerat, quieſcente ad interiora colli-

E gitur.

4 Si fatigatio ſudore eiecto membra exſiccat, quonam pacto defeſſis halituum copia ad ſomnum accerſendum ſuppetet? Reſpon. Quia etſi corporis fatigatio ſudorem egerat, alia tamen ex parte humores concretos, quos inuenit, niſi admodũ frigidi ſint, liquefacit; qui uice alimentorum exſpirant & uaporant. Quod ſi eiuſmodi

humo-

humores, vel aliud quid ſimile quo ex- A
ſpirationem edat, non ſubſit, quantumli
bet ſe calor interius condat, uigilia labo
rem excipit, ut interdum ſit.
Melācholici cur parum dormiant. 5 Cur melancholici parum dormiunt,
cum alioqui edaci auiditate ſint? Reſp.
Quia in ijs, quorum prægelida natura
eſt, multa euaporatio ui caloris inteſtini
efferri non poteſt, talis uerò affectio me
lancholicis conuenit, qui tamen edaces
ſunt, quia, ut declarat Ariſtoteles cap. 3.
huius lib. & Themiſt. cap. 18. ſuæ parap. B
ſiccam & retorridam habent temperatu
ram, ſic hauſto cibo perfruuntur; graſ-
ſante & nutrimenti conceptacula obſi-
dente atrabile, qua redundant.
6 Quo pacto ſomnum lactucha inuehit
ſi frigida eſt, & euaporatio calore indi-
get? Reſp. Lactuca etſi frigida ſit, ita ni-
hilominus fumoſa eſt, ut alieno calore
facilè uaporem dat.
7 Cur plerumq; ij qui ſe multo, ac præ
ſertim uario cibo ingurgitarunt, ſomnū C
ægrè capeſſunt, etſi ad id conatum fa-
ciunt? Reſp. Quia ut ignis congeſtu li-
gnorum, ita natiuus calor nimio cibo
ſuffocatur & obruitur, ac tardate deco-
quit: tarda autem decoctio ſerò ac ſegni
ter uaporem exhalat. Idque potiſſimum
accidit, cum diuerſi generis edulijs ple-
nus eſt uenter. Nam cum alia tardius,
alia citius in chylum uertantur, coace-
ſcit ſtomachus & ab officio ſuo impedi-
tur: tum etiam frequens eructatio huc D
illuc corpus uerſat, nec halitū recta uia
in ſublime rapi ſinit.
8 Cur Aethiopes ſuapte natura aridi
ſomnolenti ſunt, maxime per ęſtatem?
Reſp Quia ut Aphrodiſæus animaduer
tit, illis qui aceruant in capite pituitam
(qđ uerſimile eſt facere Aethiopes ob
natiui caloris, etſi aſcititio abundent,
exiguitatem) ea per æſtum liquata de-
fluit neque ſomnus obrepit: quibus ue-
rò caput purum eſt & excrementis ua- E
cans, exſiccato cerebro uigilia ſequitur.
9 Cur primus ſomnus arctior eſſe ſolet?
Reſp. Quia initio maior humoris copia
De efficientium ſomno. in ſuperas partes euadit: quæ ut paula-
tim abſumitur, ita ſomnum gignit libe-
riorem. Hinc & infantuli, uti diximus,
primæ ætatis ingreſſu alto ſopore oppri
muntur, quia calidi ſunt & præhumidi,

adeò vt quinq; menſibus ceruicem non
inflectant. Vnde etiam Ariſtoteles hoc
in lib. c. 3. vſum vini, quod halitibus ple-
num ſit, tam ipſis, quam earum nutrici-
bus, interdicit.
10 Cur ij, quibus venę non apparent, Ari. 5. ca. huius li.
ſomniculoſi ſunt? Reſp. Quia per venas
anguſtas, quales hi habent, ęgre humor
è cerebro deſcendens effluit, ſed in ipſis
diu inſiſtit, ſomnumque porrigit: non ſe
cus atque per fiſtulas graciles aqua gut-
tatim & lentè decurrit, per amplas cele-
riter elabitur.
11 Cur dormientes vſu rationis deſti-
tuti dicuntur, ſi uniuerſalia apprehen-
dunt, ſi diſcurrunt, ſi diſputant, ſi conſul
tant, ſi iudicant? Hæc enim omnia ſom-
no conſopitos non rarò exhibere, docet
experientia. Reſp. Quia tunc non adimi
tur intellectui facultas operandi, ſed libe
rè operādi. Adimitur uerò eis talis liber
tas, quia perfecta intelligendi ratio, quę Lege D. Th. 1. p. q. 84 art. 8. ad 2. & in 4. d. 9. q. vn. art. 4. q. 1. ad 4.
libertatem comitatur, pendet à ſolutio-
ne internorum ſenſuum; cum oporteat
intelligentem ſpeculari phantaſmata:
interni autem ſenſus tunc ſolum dicun-
tur ſoluti eſſe, cum rectè & ordinatè o-
perantur; quod obtinere non poſſunt,
dum cerebri meatus obturati ſunt; inte
rim namq; ſemper intus oberrant uapo
res, quorum nubes obumbrat ſenſuum
efficacias, eorumq; operationes turbat.
12 Cur glires, dum hyeme dormiunt,
maximè pingueſcunt? Vnde eorum qui-
dam apud Martialem ſic ait:
Tota mihi dormitur hyēs, & pinguior illo
Tempore ſum, cum me nil niſi ſomnus alit.
Reſpon. Quia dum hyberna latebra ſeſe Lib 13.
continent, obtorpeſcit in eis calor: iſque
cùm lentè admodum carpat natiuum hu
midum, conuertit in eorum ſubſtantiam
pituitam intus aſſeruatam, eaque paſti
dilatantur.
13 Cur triſtitia ſomnum adimit: cur
ſomnus triſtitiam leuat? Reſp Quia tri-
ſtitia, in homine præſertim cogitabun-
do, propter occupationem imaginatiuæ,
coctionem deprauat, uaporem diſpellit,
humidum conſumit. Quod item ob ean
dem cauſam præſtat meditatio & lectio;
etſi hæc interdum ſomnum aduocent,
cū uidelicet is, qui meditatur aut legit,
ita eſt affectus, ut uaporū copia, mēbris

ſenſibusq; & animalibus ſpiritibus tunc magis quieſcentibus, in cerebrum euecta interiorem, & applicationem animi torpidam reddat, ac tandem meatus occludat: eademque cauſa eſt, cur blandus aquarum decurſus ſomnum conciliet. Lege Ariſt. in probl. ſect. 18 q. 7. Quod attinet ad rationem, ob quã ſomnus triſtitiam leuat, D. Thomas 1. 2. q. 39. art. 5 id ita explicat: [Cùm triſtitia repugnet vitali motioni corporis, quæcunque corporis affectionem in vitalis motionis ſta-
B
tum vendicant, ea triſtitiam oppugnant minuũtque; ſic verò ſeſe habet ſomnus; quãdoquidem reparat ſpiritus, quorum miniſterio fit motus, eſtq; commune naturæ ſubſidium, ſpeciatimq; ob id triſtitiæ alleuamentum eſt, quia triſtium rerum cogitationem amouet, & melancholici humoris malitiam emendat, & ſpiritus turbidos, atq; obſcuros, cauſam ſobolemque mœroris, abſumit.

Somnus cur triſtitię alleuamentum.

C
14 Si ſomno calor ad viſcera cogitur, quonam pacto tertia decoctio alimenti, quæ in membris fit, & calore promouetur, ſomni quàm vigiliæ tempore exactior eſt? Reſpon. In primis, quia artuum quies non parum iuuat decoctioné. quatenus minor ſpirituũ copia tunc effluit, quàm vigente motu. Secundò: quia licèt ineunte ſomno coeat calor in præcordia, poſtea tamen ſeſe in totum corpus diffundit: vnde eſt, quòd extime partes corporis, quæ initio ſomni frigent, eodem procedente recaleſcunt.
D

15. Cur ſomnus poſt nimiam, & ſubitã corporis exinanitionem auget debilitatem fractionemque, imò & nonnũquam deliquium importat? Reſp. Quia ſomnus reſiduum illud caloris, quod in membris ſupererat, introrſum reuocat; ſicq; moles corporis calore, & ſpiritu deſtituta collabaſcit.

16. Cur ſudoré ſomnus mouet? Reſp. Quia vt dormiẽti meliùs, quàm vigilan-
E
ti alimentum decoquitur; ita per ſomnum copioſior halitus à viſceribus ad cutem educitur. Vbi ſciendum, ſi vapor corporis extima petens difflatur, nec in obſtacula impingit, confeſtim euolare; ſi verò impingit, per moram in ſudorem concreſcere: quod frequenter accidit corpore conſopito & quieſcente; quoniam nullo tunc motu halitus diſſipatur, nec in poros ita laxos, quos motus aperire ſolet, incurrit. Cur autem nonnulli, vbi ſe ſomno tradiderit, confeſtim ſudant, cauſa eſt: quia retentrix facultas, deſtituta à calore in viſcera fugiente, humorem, quem veluti prehenſum tenebat, dimittit; non aliter quàm in deliquio mentis, quo totũ corpus repẽtino ſudore madet.

Lege Galenũ in li. Hipp. de vict. rat. i. morb. acu.

17 Cur ſomnus matutinus iucũdior eſt? Reſ. Quia Solis remeãtis propinqui-
B
tas è noſtris corporibus halitus ſoporiferos denuò excitat, ſicuti & ex alijs corporibus vapores. Vnde eſt, quòd paulo antequã diluceſcat aer obſcurior ac tenebroſior ſit quam eſſet cùm Sol lõgius aberat; occupante videlicet, & obſcurante aerem vaporũ copia, quam aduenientis Solis calor exciuit.

Paulo antequã diluceſcat, cur aer obscurior redditur.

18 Cur veſpertinus ſomnus potiſſimũ damnatur? Reſp. Quia id tempus maximè importunum eſt. Recedente enim So-
C
le, qui innatum caloré fouet, noxia omnia plus incommodant: eſt autem omnis fere diurnus ſomnus noxius.

19 Cur ſupra dextrum latus ſuauius ſoporamur? Reſp. Cauſam reddit Ariſtoteles in probl. ſect. 6. q. 5. & 7. Quia hac ratione magis quieſcit immotaque conſtituitur dextera pars, quæ motus principium eſt, & diurno labore magis fuerat defatigata. Vel vt alij explicãt, quia cum ventriculi os ad ſiniſtram vergat, ſi in læ-
D
uam recumbas, neceſſe eſt alimentum offendere, grauareque ſtomachi orificium: ex quo turbatio ſomnique interruptio oritur. Vnde medici iubent eos, qui purgatoria medicamẽta ſumpſerũt, aut quibus aliunde vomitus timetur, ſupra dextrã, minimè verò ſupra ſiniſtram cubare. Si autem probæ coctionis exacta ratio habenda ſit, ea, docente Auicenna 3. p. doct. 2. quæſt. poſtulat, vt primò in dextram decumbamus, ne cibus innatet, fluctuetue. deinde noctis decurſu in
E
læuam, vt hepar ventriculo inſidens decoctionem promoueat: tandem ſub lucẽ rurſus in dextram: hac enim varietate alimentũ, vt olla igni hinc inde appoſito, commodius ac vehementius incaleſcit.

Lege Plĩ. li. 25. c. 6.

20 Quamobrẽ muſica ſomnum iucundè allicit? Reſp. Quia anima ad cantus intenta, reliquorum ſenſuum quaſi obli-

ta,

ta, ſpiritus ad eorum officinas immittere deſinit, eoſque ad audiendi organum aduocat: ij verò humidum, ſi quod ibi inueniunt, in halitum ſoluunt. Atque ita tum reliqui ſenſus ſpiritibus deſtituti, tum auditus ipſe ob excitatum vaporem facilè ſoporantur, omniumque ſenſuum iucunda quies exiſtit.

Alitec Aphrod. li. 1. proble. 119.

21 Quam ob cauſam ſomnis grauibus morbis laborãtibus, prælertim ſi ieiuni ſint, interdum valde nocet? Reſp. Quia in ijs caloe, dum ſeſe interius abdit, tumores noxios colligit in præcordia, qui vitæ fontem inficiunt, & ad interitum vocant.

A 22 Si multa ſunt animalia deſtituta corde & ſanguine, ac proinde de ſpiritibus animalibus; qui nihil aliud ſunt, quã partes ſanguinis tenuiſſimæ, in corde primùm, deinde in cerebro elaboratæ; qui fieri poteſt, vt vera ſint, quæ hactenus de ſomno diximus: videlicet, fieri impedita communicatione eiuſmodi ſpirituum è cerebro? Reſp. Quia licèt non omnes animantes cor, & ſanguinem habeant, omnes tamen aliquid obtinent proportione reſpondens cordi & ſanguini, atque adeò ſpiritibus animalibus. Lege Ariſtotelem cap. 3. & 4. de ſomn. & vig.

IN LIBRVM DE SOMNIIS.

Quid ſit Somnium, & quomodo accidat. Cap. I.

Ontinuata rerũ ſeries poſtulat, vt cũ Ariſtotele de Sõnijs agamus: ſiquidem Somnia, affectiones ſunt ſomni, de quo proximo libro diſſeruimus. Et vt à rei ſubiectæ definitione auſpicemur, Somnium (vt Ariſtoteles 1. & 3. huius lib. cap. explicat) [eſt viſum, quod in ſomno apparet:] ſeu quod eodem recidit, [eſt apparitio exhibita per internum ſenſum, in ijs qui ſomno conſopiti ſunt.] Dicitur, per internum ſenſum, vt reijciantur notiones intellectricis potentiæ, quas dormientes interdum effingunt: quæ non ritè ſomnia vocantur, vt Ariſtoteles loco proximè cit. ait. Additur, qui ſomno conſopiti ſunt, ad remouendas ſenſiones internas, quæ accidunt amẽtibus, & phreneticis; quoniam hæc ſomnia non ſunt, cum fiant ſolutis per vigiliam ſenſibus.

Definitio ſomnij.

Pro cuius rei intelligentia haud ignorabis, interim dum adhuc præcluſi ſunt meatus, per quos animales ſpiritus ad externos ſenſus inuehuntur, nõ rarò accidere vt ſoluantur, & quaſi vinculo liberẽtur interni ſẽſus, ſedata videlicet ma-

B gna ex parte (nam ex toto dum ſomnus perſeuerat cohiberi nõ poteſt) vaporum agitatione, & tumultu. Oſtendunt enim ſeſe, quæ antea omnino latuerãt, rerum imagines, per quas interni ſenſus operãtur; idque clarius, aut obſcurius, pro halituũ paucitate, vel multitudine, tenuitate, aut craſſitie: hoc igitur cum accidit, ſomniare animal dicitur.

Lege D. Thom. 1. p. q. 111. art 3

Modum autẽ, quo prędictę imagines aut latẽt, aut ſe exſerũt, declarat Ariſtoteles 3. huius lib. cap. hac ſimilitudine:

C Quemadmodum in aqua permota, aut nulla effigies redditur, quæ appareat, aut redditur quidẽ, sed tortuoſa; quieſcente autem & ſtagnante aqua, res natiuo ſuo colore, propriaque forma reſpondent: ita dormientibus euenit; dum enim vapores in cerebro turbabunda motione addenſantur, aut imagines penitus ob ea delitescunt, aut non niſi turbulenta quædã, & moleſta ac prodigioſa viſa exhibent; qualia ſæpe accidunt melancholicis, furentibus, & ebrijs, aut febri laborantibus.

D Sed illud eſt in hac diſputatione valde ambiguum, ad quod nimirum ſenſus internos pertineant ſomnia, à quibus ve

ſpectris,

res pertineant sōnia.

ſpectis eliciantur? Multorum ſententia A eſt, partim ad ſenſum communem, partim ad cogitatricem vim ſpectare. Elici in ſenſu communi à ſpeciebus, quæ ad ipſum ex phantaſia perferuntur; in cogitatrice ex imaginibus, quæ ad illam è promptuario memoriæ ſenſitiuæ commeant. Faciunt quippe huiuſce opinionis aſſertores phantaſiam, theſaurum ſenſus communis: & eam quæ peculiariter memoria ſenſitiua dicitur, theſaurum potentiæ cogitatricis. Itaque horum iu- B dicio cùm per ſomnium res ſenſatas apprehendimus, putādum eſt, id ſomnium effici in ſenſu cōmuni, cuius obiectum ſunt res externis ſenſibus obnoxiæ: at cùm res non ſenſatas cogitamus, vel non ſenſatas inter ſe aut cum ſenſatis miſcemus, exiſtimandum tale ſomnium effici in cogitatiua, ad quam eiuſmodi apprehenſiones ex officio pertinent.

Sic cùm quis inter dormiendum videtur ſibi intueri hominem diſtricto gla- C dio, iſthæc apparitio fit in ſenſu communi, quia eſt rei ſenſatæ: quòd ſi eundem percipit vt hoſtem & inimicum, cùm inimicitia ſit res non ſubiecta externis ſenſibus, talis apprehenſio exercetur in cogitatiua. Atque ita nonnunquam duæ potentiæ circa eiuſdem rei euentum hiſtoriamve ſimul occupantur; interdum duntaxat, prout materiæ ſubiectæ conditio & natura poſtulat.

De regreſſu imaginum ad efficiēda ſōnia.

Porrò autem, quo pacto ſpecies ſom- D nia effecturæ ab vlteriori ſenſu ad priorem remeent, duplex ſententia eſt. Sunt qui dicant, vt imago ab ſpeculo ad óculum reflectitur; ita ſimulacra à ſenſorio phantaſiæ quodam modo repercuti, redireque ſponte ad communem ſenſum, ſimiliterque ab organo memoriæ ſenſitiuæ ad cogitatiuam. Alij credunt, non dari eam repercuſſionem, ſed traduci imagines vehiculo ſpirituum animaliū. Aiunt enim, præter idola, quæ E eiuſmodi cellulis recondita & in ſubſtantia cerebri impreſſa ſunt, è quibus potentiæ actiones ſuas eliciunt, dari alia ſpectra conſimilia, ſpiribus inìuſta, quæ eorundem ſpirituum opera huc illucque excurrunt: ita videlicet, vt imago Socratis, & quæ inſidet in ſpiritu, adminiſtro & quaſi ſatellite phantaſiæ, ab eo

A traiecta aliam imprimat in ſenſum communem, qua is informatus rem ab illa repræſentatam apprehendat. Quandoquidem ſpiritus, vt alibi planum faciemus, animati non ſunt; fierique non poteſt, vt anima per ſpeciem hærentem in alieno ſubiecto vitalem eliciat actionem.

Ac quod ſomnia hunc in modū fiant, hoc eſt, tranſuectione ſpecierum ab vno ſenſu ad alium baiulis ſpiritibus, videtur expreſſa Ariſtotelis ſententia hoc in B lib. cap. 3. vbi generationem ſomnij declarans ait: dormientibus plurimam ſanguinis copiam ad ſenſum principem delabi, & vnà motiones illas deſcendere, quæ in ea materia continentur, aliæ potentia, aliæ actu. Ait verò in materia ſanguinis, ſiue in ſpiribus, qui nihil aliud ſunt quam tenuiſſimæ purioris ſanguinis particulæ, quaſdam motiones actu eſſe, quaſdam poteſtate: quia, vt explicat Themiſtius cap. 17. ſuæ paraph. C quædam imagines nobis dormientibus cunctantur & torpent? aliquæ præſtò ſunt, principiumq́; ſentiendi, id eſt, potentiam ad ipſarum vſum excitant.

Lege D. Thom. ad hunc locū 1. p. qu. 3. art. 3.

Quod etiam Ariſtoteles eodem cap. illuſtrauit exemplo lignearū ranarum, aliquantulum obſcurè; ſed in hanc ſententiam, vt Leonicus eo loco eſt interpretatus. Si quis ranunculos è ſubere, aut alio quouis ligno conficiat, numero quinque v. g. deinde eos in vas plenum D aqua includat, & vnum quidem in vaſis fundo ſtatuit ſuperiniecto ſale; ſimiliterque alios tres, ſingulis ſale interpoſito; tandem verò in vaſis ſuperficie vnum apertum collocet: extremus hic qui cernitur ranunculus, proportionem habebit imagini actu, per quam nunc operatur anima; illi autem, qui conditi ſunt & ſale operti, ijs imaginibus quæ poteſtate exiſtunt. Vt igitur prædicti ranunculi, ſi ſal liqueſcere & in aquā verti E incipiat, paulatim ſe exſerent, & ordine ſuo apparebunt: ita imagines, quæ inundante uapore abſcondebantur, eodem impreſſo & euaneſcente ſeſe proferent, vt iam ijs potentiæ vti queant, quæ antea nequibant.

Alia

Alia ratio explicandi ſomniorum generationem. *Caput. II.*

QVonam pacto ex communiori philoſophantium ſententia ſomniorum generatio procedat, proximo cap. diſſeruimus: vbi etiam oſtendimus, putaſſe Ariſtotelem, fieri inſomnia per deſcenſum recurſumve imaginum ad principem ſenſum; licèt nũ etiam in cogitatrice perficiantur, nihil omnino ex illius dictis elicuerimus. Verùm alia nobis in re propoſita occurrit opinio, quæ fortaſſe non diſplicuerit. In primis namque regreſſio illa imaginum minimè neceſſaria videtur; ſiue fiat per repercuſſionẽ, ſiue ſpirituum vehiculo. Repercuſſio enim tunc datur, cùm aliquod corpus, veluti pila, impingit in aliud; cuius duritiem & repugnantiam quia vincere nequit, neque progredi vlteriùs valet, retro cõmeat, aut diſſultat in latus. Quod ſimiliter accidit, cùm qualitas ab aliquo agente effuſa propter obſtaculum, id quod impingit, explicare ſe ampliùs per lineam rectam non poteſt, ſicque ſpatij longitudinem, per quam porrigenda eſſet, in ſe redeundo ſeque intendendo cõpenſat: quo modo fit lucis reciprocatio, & productio: At quòd neutrum horum horum in ſomnijs accidat, probatur, Nam prima illa repercuſſio conuenit ſolis corporibus: imagines autem non ſunt corpora. Quod ſi quis reſpondeat, non repercuti imagines per ſe, ſed ratione ſpirituum, quibus à ſenſu externo in internum prouehuntur: id ex eo facilè coarguitur, quia ſpiritus non adeò vehementi & turbida agitatione in interna ſenſoria impingunt, vt ab ijs eos retrogredi neceſſum ſit. Præterea, ſi talis reflexio detur, vtique tunc dabitur, cùm imagines ab externis ſenſibus ad internos commeãt: at inter dormiendum, vt facultates externæ feriantur, ità omnis commeatus ſimulachrorum, qui ab his ad internos in vigilia fit, omnino ceſſat. Vnde etiam liquet, non reuerberari ſpecies ab internorum ſenſuum officinis, eo pacto quo lux aut ſonus à corporibus quæ offendunt: ſiquidem nunquam

Non eſſe opus regreſſu imaginum ad ſomnia.

A ea reciprocatio fieri incipit, niſi cùm accidentia incurrunt, denuò in corpora, quibus reflectũtur. At cùm ſomniamus non tunc incidunt imagines in interna ſenſoria, ſed iam antè in ijs inſculptæ fuerant.

Si quis dicat, non redire ſimulachra ad ſenſum communem, ſiue ad æſtimatiuam, ex repercuſſione facta ad ſenſoria; ſed reduci vectoribus ſpiritibus, qui B ſomni tempore per internorum ſenſuũ officinas diuagantur (quæ ratio tuendi prædictam regreſſionem communior eſt, ac longè quàm prima veriſimilior) id etiam non parum habet difficultatis. Sed aduertendum primò eſt, quod in libris de Anima ex profeſſo oſtendemus: videlicet: phantaſiam & memoriam ſenſitiuam non eſſe duntaxat potẽtias paſſiuas, quaſi nihil ipſæ operentur, ſed tantũmodo ad aſſeruandas rerum immagi- C nes deſtinatæ à natura ſint; alioqui deterioris notæ eſſet quoad hoc, quam ſenſus externi, quos conſtat nõ ſolum obiectarum rerum ſpecies accipere, ſed earũ interuentu in opere & actione verſari. Deinde, quia nemo inficias ibit, nos per imaginatricem vim ſiue phãtaſiã, multa imaginari & effingere, ac per memoriam ſenſitiuam recordari. Tertiò quia receptum eſt in Philoſophorum ſcolis, eos D qui bona ſunt phantaſia, id eſt, qui celeriter & acutè imaginantur, celeri ingenio præditos eſſe, facilèq; diſcurrere; & qui æſtimatiua præſtant, hoc eſt, æſtimatricis potentiæ functiones excellenter adminiſtrant, iudicio eminere.

Phãtaſiã, & memoriã ſenſitiuam non eſſe potentias paſſiuas duntaxat.

Præterea ſupponendum eſt: omnia, quæ apprehendit ſenſus communis, percipere etiam phãtaſiam, itemq; omnia, quæ cogitatiua cognoſcit, percipi à memoria ſenſitiua. Quod ex eo ſanè patet, E quia phantaſia ſeruat typos omnium rerum, quæ cadunt ſub communem ſenſum, iiſque ad notiones ſuas vtitur; cùm non ſit tantùm facultas patiens, vt oſtendimus: ſimiliterque memoria ſeruat imagines omnium rerum, quæ ſub notitiam cogitatricis potentiæ veniunt, & eiſdem pari modo vtitur.

His ita conſtitutis, quòd ad gignenda ſomnia nullo pacto neceſſarium ſit ab vlteriori ad priorem ſenſum ſpecies redi-

dire,

dire, ita probatur: Phantaſia cognoſcit omnia quæ ſenſus communis; imò & plura, cùm etiam proprio ingenio multa imaginetur & effingat. Item, omnium eiuſmodi rerum ſpecies in ſe cohibet, tam eas quæ ſibi à cõmuni ſenſu demandatæ ſunt, quàm alias quas ſibi ipſa per proprias notiones impreſſit præterea, inter dormiendum non impeditur ab vſu alium imaginũ, cum non minus quàm ſenſus communis ſoluta ſit. Nihil igitur opus eſt, ſomniorũ gratia mitti ſpecies à phantaſia ad ſenſum communem. Sed ſi ſomnia effingenda ſint, circa res ad phantaſiam, vel ad ſenſum communem ſpectantes, in ipſa phantaſia, non autem in ſenſu communi perficientur. Eodemq́ue modo ſomnia circa obiecta, ad cogitatiuam, & ad memoriam ſenſitiuam pertinentia, adminiſtrabuntur in memoria ſenſitiua.

Obiectio. Quòd ſi quis obijciat, nos inter dormiendum nonnunquam diſcurrere ab vna re ſingulari ad aliam: hoc autem ad nullum ſenſum internum, præterquam ad cogitatiuam pertinere: proindeq́ue

Diſſolutio. in ſomnijs operari cogitatiuam. Occurrendum erit, tametſi non inficiemur, cogitatiuam hominis circa ſingularia diſcurrere; non conſtare tamen, vtrum ſomniantium diſcurſus, etiam cum non verſatur in rebus vniuerſalibus, ab aliquo ſenſu interno, an ab intellectu proficiſcatur. Sed eſto, fiat à ſenſu: dicendũ, memoriam ſenſitiuam hominis componere, diuidere, & diſcurrere, vt ait D. Th. in 1. p. q. 78. ar 4 ad 5. proindeq; talem diſcurſum effici à memoria ſenſitiua.

Hoc igitur modo ſe habet noſtra ſententia de ſomniorũ generatione. Concedimus tamẽ, ne ab Ariſtotele videamur omnino recedere voluiſſe, interdum cõmeantibus huc illuc ſpiritibus, & imaginibus fieri ſomnia; non ſolùm in phantaſia & memoria, ſed ſimul etiam in ſenſu communi & cogitatiua: (ſic enim illius verba explicari poſſunt) præſertim cùm non docuerit, gigni ſomnia tãtummodo in ſenſu communi, ſed indefinitè locutus ſit: alioqui negaſſet, fieri quoque illa in cogitatrici potentia, cuius oppoſitum in ſchola Peripatetica receptũ eſt. Aduerte, quod hic aſſeruimus de duplici potentia, ad quam ſomnia pertineant, intelligẽdum eſſe, ſi præter ſenſum communem ponamus plures facultates internas ſenſitiuas, quàm vnam. Nam ſi vnam tantùm conſtituere placeat (quod ſuo loco expendemus) ad eam tota ſomniorum ratio deuoluenda erit: adhibita tamen illa, quam diximus, conſideratione, circa ſenſum communem in doctrina Ariſtotelica.

De varijs ſomniórum generibus. *Caput III.*

AVctor libri de ſpiritu & anima (ſiue is ſit Hugo Victorinus, ſiue alius) c. 25. eius operis, quinq; ſomniorũ genera enarrat: videlicet oraculum, viſionem, ſomnium, inſomnium, phantaſma. [Oraculum,] inquit, [eſt, cum in ſomnis aliqua ſancta grauisq; perſona, vel etiam Deus, euenturum aliquid apertè, vel non euenturum, faciendum, vel euitandum nunciat.] Viſum eſt, [cùm id, quod viderat quis, eodem modo quo apparuerat euenit.] Somniũ eſt, [quid figuris tectum, & quod ſine interpretatione intelligi non poteſt.] Inſomnium eſt, [cùm id, quod fatigauerat vigilantem, ingerit ſe dormienti: vt cibi cura, vel ſtudium. Phantaſma eſt, [quando quis dormire cœpit, & adhuc ſe vigilare exiſtimat; aſpicereq; videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas, aut lętas, aut turbulentas.

D. Gregorius lib 8. Moral. ca 13. & 4. lib dial. c. 48. ſex genera ſomniorum ex totidem cauſis orta commemorat. [Aut enim,] inquit [ex plenitudine, vel inanitate corporis ſomnia exiſtunt; aut ex antecedentibus diurnis curis; aut ex illuſione Dæmonis; aut ex cogitatione hominis ſimul & Dæmonis illuſione; aut ex reuelatione Dei; aut denique ex cogitatione hoĩs ſimul & reuelatione Dei. Alia genera ſomniorum.

Hippocrates in libro de ſomnijs, ait ſomnium duplex eſſe: videlicet diuinũ, & naturale. Diuinum vocat, quod à Deo inijcitur, vt prænunciet inſignem aliquem euentum ad lætitiam, vel mœrorem, felicitatem, vel miſeriam; ſiue alicuius priuatæ perſonę, ſiue totius Reipub. Alia.

perti-

alia in ſō- pertinētem. Naturale appellat, quod ex A affectione ipſius dormientis, & cauſis in eo latentibus ortum habet. Qua de re in progreſſu plura.

alia in ſōniorū genera tradit Tert. in li. de ani. ca. 47.

De ſomnijs diuinis, dæmoniacis, naturalibus, & animalibus.
Caput IIII.

De diuinis ſōn js Philo Iudæus ī li. de inſomnijs. Iāblich. in lib. de myſterijs Aegypt. Triſmegiſtus in Pymandro. D. Greg. Nyſ. in li. de hom. opif. c 33. Lact. i li. de opific. Dei c. 18. Plutarc. i li. de oraculis abolitis. Xenophō in Sympoſio.

NObis videtur, perquā appoſitè diuidi ſomnia, in Diuina, Dæmoniaca, Naturalia, & Animalia. Diuina ſunt, B quæ à Deo inſpirantur: ſiue id fiat immediatè à Deo, ſiue Angelorum interuētu, vt plerumque accidit. Horum multa continent exempla diuinæ literæ, tam in Veteri, quàm in Nouo teſtamēto. In Veteri: vt ſomnia Iacob, Gene. 28. Ioſephi c. 37. eiuſdem lib. Pharaonis c. 41. In Nouo: vt Matth. 1. & 2. vbi legimus admonitum fuiſſe D. Ioſephum in ſomnis ab Angelo, vt puerum Ieſum, & matrē in Aegyptum deferret: deinde iterum, vt eos in regionem Iſraeliticam reduceret.

Solet Deus tum ob alios fines ſomnia immittere; tū ſæpenumero, vt rerū latétium, & futurarū prænotionē hoībus impertiat. Quod facit, vel nouas imprimendo ſpecies, ſiue ſenſibiles: ſiue intelligibiles, vel componendo, & coordinādo eas, quæ nobis antea inerant; & inſuper intelligibile lumen cōmunicando, ſi ita opus ſit. Angeli verò, quia neque ſpecies, neq; lumen per ſe in animam hominis tranſ- D fundunt, quoties aliquid inter dormiendum edocent aperiuntve, id præſtāt expediēdo illis ſpecies, eaſque appoſitè coordinando miniſterio ſpirituum, qui ipſis, vti cætera corpora, ad motum localem obtemperant: vt D. Tho. 1. p. q. 111, artic. 3 explicat. Adde etiam, ſicuti in vigilia, ita & in ſomnijs mouere nonnunquam Angelos corporis humores, ad excitandum vtilem alicuius rei affectum, E & cogitationem. Habet enim ad id non parum momenti humorum excitatio, ſicuti, & ipſum primarum qualitatum tēperamentum; vt progreſſu patebit.

Lege D. Th. in 2. 2. qu. 95. art. 6.

Dæmoniaca ſomnia dicuntur ea, quæ à Dæmonibus inducuntur. Poſſunt verò ab illis induci eo pacto, quo ab Angelis; cum vtrique ſimilem naturam ac virtutem habeant, tametſi non eūdem finem ſpectent. Angeli enim gloriam diuini numinis, hominumq; ſalutem in ijs, vt & in cæteris rebus, quærūnt: Dœmones autem his omnino contraria. Ac duo potiſſimū ſunt, quæ illi impuri, & nefarij ſpiritus ſomniorum interuentu aſſequi nituntur. Alterum eſt: hominum ſi mētes non poſſint, ſaltem corpora, obſcœnis cogitationibus, & voluptatis illecebra contaminare. Qua de re piè conqueritur D. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. c 30. Idemq; luculēter pertractat Iuſtinus Philoſophus, & Martyr, in libello quæſt. quæ Chriſtianis à gentibus proponebātur, q. 21. Alterum eſt: ignaros homines vana ſuperſtitione imbuere, ſi eos aliquorum ſomnio tum euentu ad irrogandam ijs fidem pellexerint. Quo artificio conſtat Ethnicos multipliciter fuiſſe deluſos, & in impietate obfirmatos. Vtque cætera huius rei omittamus exempla, narrant Philoſtratus, Pauſanias, & Strabo: eos, qui varijs C oppreſſi morbis, Aeſculapij, Serapidis, & Amphiarai templa adibant, omnium ægritudinum remedia in quiete, dum eiſdem ſomnia obuerſarentur, accipere cōſueuiſſe. Quod idcirco Dœmones faciebant, ut uel ſibi ea remedia ſuppeditabant, vel tribus illis hominib. in Deorum numerum relatis, diuinus honor tribueretur. Alia multa commemorat Tullius lib. 1. de Diuinat. & 1. de Natura Deor. Lege etiam Herodotum lib. 1. Valerium Max. lib. 1. cap. 6. Alexandrum ab Alex. lib. 5. cap. 25.

D. Bon in 2. diſ. 7. p. 2. a 1. q 3. & 1. q. 3. nu. n. 68.

Conſule D. Aug. l. 13. ſuper Gen. c. 15

De ſomnijs, quæ Naturalia, & Animalia nuncupantur.
Caput V.

NAturalia ſomnia dicūtur, quæ ex affectione corporum, temperamēto, humorum incurſionibus, alijſque eiuſmodi naſcuntur. Nam ij, quos melancholia infeſtat, ſomnia triſtia; vt funera, caliginem, tenebras. Qui flaua bili redūdāt rixas, iurgia, inimicitias. In quibus eſt ſanguinis redundātia, videre ſibi videntū rubentia, ignes, vſtiones. In quib. multū inſidet pituitæ, aquas, portus, natationes, pluuiam, & id genus. Similiter

quibus

A quibus animalis vis humorum multitudine præmitur, grauia quædã ferre onera ſibi videntur: & contra, qui tenui leuiq; temperamento ſunt, nunc tranare præpetibus pennis aerem, nunc velociſſimo curſu ferri ſe putant.

Hinc Medici, teſte Ariſtotele in lib. de Diuinat. per ſomnia, cap. 1. præſertim Hippocrates in lib. de inſom. & 6. Epid. admonent, notanda & expendenda eſſe ægrotantium inſomnia, ad eorum morbos dijudicandos curandoſque. Ex ea B namque obſeruationes ſatis probabilẽ de qualitate morbi coniecturam ineunt, & qui humores intus lateãt, qui eorum defectus vel exſuperantiæ ſint, dignoſcunt. Qua de re extat liber Galeni, qui inſcribitur *de præſagio ex ſomnijs ſumendo*. Vbi narrat cùm quidãm inter dormiendum crus ſibi alterum factum lapideum cerneret, præter omnium opinionem crus ei paralyſi obtorpuiſſe.

Quo autem modo tales corporis affe- C ctus, vel ſui, vel cognatarum rerum inſomnia excitent, diſquerit Galenus loco cit. ſtatuitque, animam ſomni tempore corporis profundum ingreſſam, & in ſe collectam, ac nullo aduentitio pulſu agitatam, quid interiùs lateat perſẽtiſcere, videreque atque inde prædicta ſomnia effingere. Hæc tamen explicatio ſuperficiaria eſt. Quare dicendum, fieri poſſe, vt humor exuberans, v.g. pituita, apprehenſa tunc aliquo ſenſu externo, vt ta- D ctu vel guſtatu (nec enim in talib. ſõnijs oportet omnes ſenſus externos omnino ligari, vt reuera interdum non omnes prorſus ligari ſuperiùs diximus) immittat ſui ſpeciem ad phantaſiam; ex qua fiat apprehenſio quorundam coniunctorum & conſimilium: vt ex ſpecie pituitæ, quæ aquea eſt & dulcis, nunc memoria ſeu cogitatio imbrium, nunc dulcium ciborum. Atque ita in cæteris re- E bus ſuo modo res habebit. Adde etiam, fieri poſſe, vt abſque tranſmiſſione ſpecierum factã in ſomnijs, excitetur in phantaſia aliqua talium rerũ apprehenſio ex ſpecie iam ibi mixta; modificata tamen per humorem in corpore dominantem.

Animalia ſomnia dicuntur, quæ verſantur circa res eas, quibus per diem occupati fuimus. Harum namque ſimula- A chra vt ſunt recentia, ita plerunque magis mouent. Vnde Lucretius lib. 4. ſui poematis.

> *In ſomnis eadem pleroſq; videmus obire.*
> *Cauſidicos cauſas agere, & componere leges.*
> *Induperatores pugnare & prælia obire.*
> *Nautas contractum cum uentis degere bellum.*
> *Et quo quiſque ferè ſtudio deuinctus adhæret*
> B *Aut quibus, in rebus multum ſumus antè morati.*

Ad idem genus pertinent ſomnia rerũ aut perſonarum in quas odio, amore, timore, aut ſpe, vehementer afficimur. Cùm ſimiliter & horum ſpecies, ob aſſiduum ipſarum vſum, valde actuoſæ, ſint & ad excitandam potentiam efficaces. Hinc liberales & benefici ſomniant, ſe alijs largiri: mendici, petere: cantores, canere: Philoſophi, diſputare: auari, pe- C cuniam cõgerere: alij alia ſimilia. Ideoque Ariſtoteles 1. Ethic. cap. 13. bonorũ hominum ſomnia meliora eſſe inquit, quàm aliorum: propterea quòd conſilia, quæ ad virtutum officia exercenda ſollicitè agitant, eadem eis in ſomno occurrunt.

Problematum ad ſomnia pertinentium diſſolutio. Caput VI.

D Accedamus nunc ad enodanda problemata, ad ſomniorum rationem ſpectantia. Primum ſit: cur dormientes multiplici varietate fallaciæ videntur ſibi audire, intueri, legere, colloqui, cæteraque huiuſmodi, cum non ita res habet? Reſponſio: quia imagines, quibus ad haſce notiones formandas vtuntur, per naturam ſuam agũt: earum verò na- E tura eſt, repreſẽtare tam res ipſas, quàm eis coniuncta; videlicet loca, formas, figuras, actiones: quæ proinde ſimiliter, atque in vigilia & in veris rebus ſomno obijciuntur. Ob id autẽ maximè in ſomnis hallucinatio contingit, quia tunc ſenſus interni ligati ſunt, hoc eſt, imperfectè & quaſi per vmbram operantur, nec rationis vi corriguntur.

2 Quid cauſæ eſt, cur in ſomnijs tam mul-

multa, noua extranea, portentoſa animo obuerſantur, ita vt aliquando nec pes, nec caput vni reddatur formæ? Reſpon. quia tunc vapores, & ſpiritus inordinatè, & tumultuosè in cerebro diuagantur, & ſimulachra obturbant, commiſcent, hebetant. Prætere a, quia ipſa anima, quaſi otium agens, ad vſum ſpecierum ſegniter ſe applicat, & intentionem negligit. Quo fit, vt aliena multa, & inter ſe minime cohærentia coniungat, & modò hæc, modò illa, vt quidque obuium eſt, apprehendendo, rerum ordines, ſitus, magnitudines, loca miris modis euariet. Vnde ſimulachra, teſte Ariſtotele 3. cap. huius li. ſimilia ſunt nubibus in aere pendentibus, quæ nunc in hanc, nunc in illam figuram tranſeunt. Sane vt ex eiſdem literis multifariam compoſitis diuerſa fiunt nomina, quæ res alias atque alias ſignificent: ita ex eiſdem ſpeciebus variè coagmentatis multiplicia idola, diſſimiles repræſentationes exiſtunt. Hæc igitur cauſa eſt, cur nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtruosè cogitari queat, quod non poſſimus ſomniare; etſi nullæ imagines internis ſenſibus de nouo accedant.

3 Cur hæc ipſa vigilantibus accidunt? Reſp. Quia, vt fumus vaporarij, ſi qua egrediatur non inueniat, caligine domum circumfundit, & tenebricoſam reddit: ita halitus, & ſpiritus, quia ſomni têpore occluſis meatibus qua foras excurrant non habent: cerebrum quaſi nube obtegunt, ac ſenſus præpediunt; ita vt nec ſibi ipſis conſtent, nec vi rationis, quæ tunc etiam ligata eſt, emendari queant. Talis cerebris perturbatio in vigilia, integra ſanitate & valetudine, non datur: eſto, ſimilia nonnunquam obueniant inſanis & phreneticis, qui commeante in cerebrum copia prævalidi ſanguinis, aut diſſoluta ob aliam cauſam organi temperie, non minus abſurda, & inepta cogitant ac loquuntur, quàm dormientes.

4 Quam ob cauſam aliquando dormiêtes grauiter conflictantur, quaſi oppreſſi incubantis, & vocem ac ſpiritum intercludentis Dæmonis, aut alicuius rei ſimilis pondere: quod Ephialtem, quaſi ſubſultorem, vocant? Reſp. Quia, potiſſimum poſt affluentem ſatietatem, multus ſanguis, aut ſpiritus, ob defectum coctionis parũ defæcatus, proindeque obſcurus & terreus, in cerebrum euadit, ibiq; degrauat; atque accubatu ſuo terrificam illam mouet imaginem: & quia in ſomnis parua (vt obſeruat Ariſtot. lib. de Diuin. per ſomn. cap. 1.) magna apparent, videtur ſibi quia ita eſt affectus ſuperniecta mole premi, aut ſoffocari, eluſo phantaſiæ ſenſu: à quo labore vt ſe expediat, & vt lemures illos aut ſtriges, quibus ſe opprimi imaginatur, excutiat, conatum facit, ac nonnunquam diu luctatur, & ſuſpiria gemituſque plorabundus edit, & succlamat: nec excitare ſe omnino poteſt, multo halitu ſpirituum vias obſidente, imò & prauo humore cor, pectoris muſculos, deorſum, & tendones ſimul occupante. Vnde illud poetæ:

... In medijs conatibus ægri
Succidimus: nec lingua valet, nec corpore nota,
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequuntur.

Quoniam autem iſtiuſmodi affectio ex ſtomachi incoctione, & humorum colluuie originem habet, ſolent incubi grauium morborum anteambulones eſſe.

5 Cur ſomno percepta multò maiora, & vehementiora iudicantur, quàm ipſa ſint? nam exêpli gratia, pituitæ defluxus ad linguã, quia aliquantulum dulcis dormientibus mel videtur: & fulminaſſe, tonuiſſeque putant; cum ſoni exigui aures eorum pulſant: & per ignem incedere, cũ calor exiguus aliquam partem corporis occupat? Reſp. quia obtuſus dum nequit ſenſilium differentias exactè internoſcere & diſcernere, confert ſe ad id, quod in quouis genere notiſſimum eſt qualia ſũt in ijs, quæ ſub ſenſum cadunt, obiecta maiora acriorave.

6 Cur hoc potius quàm illud ſomniamus, cùm tam huius quàm illius imago in noſtro ſenſu hæreat? Reſp. Quia non quæuis imago æquè potentiam laceſſit, & ad operandum mouet, ſed interdũ ea, quæ recêtior eſt; vt cum ſomniamus, quę paulò antè egimus: nonnunquam ea, quę rem triſtem repræſentat; vt mortem, cũ is qui ſomniat melancholico humore abundat. Solent enim affectiones corporis, vt ſuperius diximus, mouere ſimulacra

Lege Fracaſtorium

li. de Sympath. c. 5. Lemnius li. 2. de occul. nat. c. 5. Chriſtoph. à Vega li. 3. de arte medic. capit. 13.

Virg. 12. Aeneid.

Lege D. Tho. 2. 1. quæſt 95. art. 6.

cra

era earum rerum, ad quas inclinant. Deniq; huiuſce rei cauſa reddi certa non poteſt; cùm pro tempore, loco, ſubiecto, têperamento, alijsq; eiuſmodi circumſtantijs, varietatem magnam habeat.

7 Quare ſub lucem clariora habemus ſomnia, minusq; diſtorta & inepta? Reſp. Quia minuta iam ſomni decurſu vaporum copia, factaque remiſſior ſpirituum agitatio, non ita ſenſuum internorum functiones turbat.

8 Nunquid homines tantùm, an etiam bruta ſomniant? Reſp. Etſi homines plusquam cęteræ animantes ſomnient, vt aſſerit Ariſtoteles. 4. de Hiſt. anim. cap. 10. Cuius rei cauſa videtur eſſe, quia homo magna ex parte tenuiores halitus in cerebrum mittit & acutiores, atque ad operandum promptiores habet internos ſenſus: tamen etiam bruta somniant, vt eodẽ loco Philoſophus docet [Somniare.] inquit, [non ſolùm homines, ſed etiam equos, & canes, & boues, palam, eſt: atque etiam oues, & capras: denique genus omne quadrupedum, idemque animalis fœcundum: declarant id canes ſuo latratu, quem per quietem agunt] (quãquam de ijs quæ oua pariunt, incertum hoc eſt) Licet verò, quid de omnibus perfectis animantibus aſſerendum ſit, num videlicet cuncta ſomnient, haud conſtet: illud tamen pro certo habendum, ex imperfectis, quæ memoriæ vi carent, nullũ ſomniare; cùm hæc non ſeruent in interno ſenſu imagines, e quibus elicienda sunt ſomnia.

Etiã bruta somniare. Plini⁹. li. 10. Nat. hiſt. c. 75.

9 Cur ineunte ſomno, præſertim ſi illico poſt cibum dormire incipimus, non cõfeſtim somnia apparent? Reſp. Quia vehementior uaporem agitatio non ſinit, uti iam diximus, exhibere ſeſe imagines, sed ut in aqua mota euaneſcunt.

10 Acciduntne etiam infantibus ſomnia? Reſp. Negat Ariſtoteles li. 4. de Hiſt. anim. ca. 10. [Editis.] inquit, [nuper in lucem, & infantibus adhuc nullum penitus contrahitur ſomnium, sed plurimis anno circiter quarto aut quinto ætatis viſa incipiunt,] Oppoſitum docet Galen. lib. 3. Aphor. 23, Plinius lib. 10 capit. 75. Tertul. in ſuo lib. de Anima, cap. 49. hiſce verbis: [Infantes, qui non putant ſomniare, cùm omnia animæ pro modo ætatis expungantur in uita, animaduertant ſucceſſus, & mutus, & renidentias eorum per quietem, vt ex re comprehendant, motus animæ ſomniantis facilè per carnis teneritudinem erumpere in ſuperficie.

Infantes ſomniant.

Hec dubitatio ita explicanda videtur, ut dicamus, accidere quoq; infantibus ſomnia: ut probant indicia illa à Tertulliano adducta, quæ etiam alij autores afferunt. Verùm quia eiuſmodi somnia admodum obſcura sunt, & uix apparentia, ob redundantiam humoris, & organorum defectum in ea ętate; iccirco Ariſtot. nolens ea uocare inſomnia, negauit infantes ſomniare. Quare idem lib. 7. de Hiſt. anim. cap. ult. infantibus ſomnia concedit. [Infantes,] inquit, [primis quadraginta diebus neque rident cùm uigilant, neque lacrimantur; ſed noctu & per quietem vtrumque interdum faciunt: somniare etiam eos conſtat; ſed serò meminiſſe poſſunt imaginum.]

11 cur aliqui tota uita non ſomniant? Reſp. quia ita agiles habent ſpiritus, tantamque exſpirationum uim in cerebrum eiaculantur, vt oſtendendis per quietem imaginibus locum non dent. Refert uerò Ariſtoteles lib 4. de Hiſt. anim. ca. 10. quosdam qui nunquam ſomniarant, cùm eis proceſſu ætatis somnium accidiſſet, habitum corporis vel in mortem, uel in ægritudinem mutaſſe. quod etiam confirmat Plinius lib. 10. cap. 75. aiens, mortiferum fuiſſe ſignum contra conſuetudinem ſomnium. eiusque rei exempla conſtitiſſe.

Lege Suetonium in Nerone ca. 46. De precatione salomonis in somnis.

12 Si somniantes liberum rationis usũ non habent, quonam pacto 3. Reg. cap. 3. petitio Salomonis in somnijs tantopere Deo placuit, vt ſingulare ſapientiæ munus ab eo obtinuerit? Reſp. D. Thomas 1. 2. quæſt. 113. art. 3. & 2. 2. quæſt. 154. art. 5. ad. 1. ſecutus D. Auguſtinum. 12. ſuper Geneſ. ad lit. cap. 15. D. Bonauentura in 2. diſt. 25. quæſt. 6. nu. 72. Alẽſis 4. part. q. 101. memb 3. art. 3. Richardus quodl. 1. quæſt. 17. aiunt, illam Salomonis petitionem non fuiſſe Deo gratam in somnijs per ſe; ſed ob aliam eiuſdem rei in uigilia poſtulationem, ex qua illa in ſomno ortum habuit. Secundò reſpondent aliter ijdem doctores, D. Thomas,

illum

A illum ſomnum non fuiſſe naturalem, ſed vaticinij, & in iſtiuſmodi ſommo dari vſum liberi arbitrij: de quo dicitur Nu. 12 [Siquis fuerit inter vos Propheta Domini, per ſomnium, aut in viſione loquar ad eum] D. Bonauentura ait, meruiſſe Salomonem in ſomnijs ex priuilegio. Abulenſis illum non ſimpliciter tunc dormiiſſe, ſed vt in viſione & oraculo viguiſſe in eo rationem, quoad actum ſuperiorem, preter ordinarium naturæ curſum. Richardus, habuiſſe ſolutum liberum arbitrium ſupernaturali dono.

13. Cur temulentis, & belluonibus, aut nulla ſomnia, aut confuſa apparent? Re. Quia in his ob turbulentum motum vaporum, è vino cibóque in caput aſcendentium, perplexæ admodum ſunt imagines; nec vt oportet elucent: quemadmodum cum citatiſſima vertigine circumuehitur, radij nulli à nobis percipiuntur; & vt cum multi lapilli dimittuntur in ſtagnum, circulorum orbes anfractus ſuos inter ſe impediunt.

IN LIBRVM DE DIVINATIONE PER SOMNIVM.

Diuerſa veterum Philoſophorum placita de diuinatione per ſomnium. *Caput I.*

De hac re Plato dial. 5. de Rep. Cic. in l. de Diuinat. Lactat. in l. de opif. Dei. c. 18. L. Gre. Niſſe. in l. de crea. hominis. c. 14. Tertul. in lib. de anim. c. 45. Mac. li 1 ſom. Sci. D. Tho in 2. 2. q. 65. ar. 6.

DE arte diuinandi ſeu præſagiendi futura ex inſomnijs, quam Somniſpiciam vocant, diuerſæ ac repugnantes fuere veterum Philoſophorum ſententię. Nam Epicurus, Metrodorus Chius, Xenophanes Colophonius, & ex Romanis Tullius in libris de Diuinatione, eam de medio ſuſtulerunt: contra Orpheus Pythagoras, & Platonici, ac Stoici, non parum authoritatis eidem irrogarunt: et ſi diuerſa ratione. Stoici namq; omnia ſomnia aliquid portẽdere arbitrati ſunt, Platonici quædam falſa eſſe, atq; inania vitæ ludribia cenſuerunt; alia vera & vtilem futurarum rerum prædictionẽ continentia. Credidit enim Plato, (vt ex ijs quæ ab illo ſub perſona Socratis in Politia diſputata ſunt, colligit 1. de Diu. Tullius) cum quis ſe quieti tradit, ea parte animi, quæ rationis & intelligentiæ eſt ſaturata bonarum cogitationũ epulis: quæ autem voluptatis appetitum continet, nec inopia enecta, nec immoderatis obſtupefacta cibis & potationibus (vtrum præſtringere aciem mentis ſolet ſiue naturę deeſt quidpiam, ſiue redundat) præterea, illa parte animi, in qua ira efferueſcit, ſedata atq; reſtincta, ita vt nihil ſit, quod errorem, perturbationemq; afferat: euenire, vt tertia pars rationis & mentis eluceat, ſopito corpore ipſa vigeat, ſeq; ad capeſſenda inſomnia acrem præbeat; & quæ ei tunc viſa occurrunt, tranquilla eſſe atq; veracia. Habuit autẽ hæc Platonis ſententia originem ex alio eius dogmate, quo ſtatuit humanos animos, antequam corporibus illaberẽtur, omnium rerum ſcientiam idearum influxu accepiſſe; ſed eam contagione corporis obliteratam, ac penè exſtinctam iacere. Quare cum ſomno auocetur animus à conſuetudine ſenſuum, & mens, licet non a corpore, à corporis tamen brutis officijs, putà ambulandi, ſedendi, curr ẽdi, quaſi in receſſum quẽdã & libertatẽ ſubducta, tota ſibi ſuffit: putauit reuiſcere ſic in ea congenitas diſciplinas, meminiſſe præteritorũ, præſẽtia cernere prouidere futura. Cũ ẽt Platonici tris po

B

C

D

funſlent animantium genera, intellectu A & rationis ui pollentium; Deos, Dæmones, Homines: aſſeruerunt Dæmones, uelut intermedios, ultro citroq; commeare: atque horum etiam munus eſſe prædicere res futuras, idque uel oraculis, uel Augurum, & Aruſpicum portentis, uel inſomniorum uiſis.

Sententia Poſidonij. Poſidonius quoque, ut loco cit. refert Tullius, aiebat animum inſtinctu afflatuque Deorum ſomniando uaticinationem accipere: uel quod præſentiat ipſe B per ſeſe, ut qui cum Dijs cognationem habeat: uel quod ſpirabilis hic aer magnam in ſe cohibeat turbam immortalium animorum, in quibus tanquam inſignitæ notæ ueritatis appareat, quas mens noſtra inſpiciat: uel denique, quod ipſi Dij cum hominibus ſermonem conferant, eiſque ſomnij & furoris oracula, ac rerum futurarum prænotionem inijciant.

Porrò ijs, qui totam ſomniorum rationem aſpernati ſunt; iſtiuſmodi argumentum ſuppetebat. Nam uel ſomnia diuini numinis afflatū ſecundum aduentitiam uiſionem animum pulſante obueniunt: uel dūtaxat temerario motu imaginum in cerebro diſcurrentium: quorum neutrum affirmari poteſt. Non primum: quia ſi Deus futurorum præſenſionem hominibus tribuere uellet, multò dignius uidebatur eius beneficentia, clariora uiſa dare uigilantibus, quam obſcuriora per ſomnium: præſtabatque D directo abſq; circuitione & anfractu, quam interpretum coniecturis, eam ſcientiam impertiri. Maximè cum iſtiuſmodi coniecturę tam lubricæ ac uerſatiles ſit, ut ipſi quoque ſomniorum interpretes dormire uideantur.

Somniorū interpretatio quā ſit lubrica. Cuius rei præter alia duo ſunt peruulgata exempla. Curſor, ad Olimpia proficiſci cogitans, uiſus eſt in ſomnijs curru quadrigarum uehi. Manè E ad coniectorem adijt. At ille, uinces, inquit: id enim celeritas ſignificat, & uis equorum. Poſt idem ad Antiphontem: is autem, uincare, inquit, neceſſe eſt: An nō intelligis ante te quatuor cucurriſſe. Alius ad interpretem detulit, aquilam ſe in ſomnis uiſum eſſe factum. at ille; uiciſti; iſtā enim aue uolat nulla uehementius. At huic Antiphon, tu uerò, inquit, te uictum eſſe non uides? iſta enim, aues inſectans alias, & agitans, ſemper ipſa poſtrema eſt. Hiſce ergo exemplis patet, quam flexiloqua & obſcura ſint tum inſomnia, tum eorum coniectiones. Quod ſi quis ad ſecundum modum, quo ſomnia gigni poſſunt, confugiat, hoc eſt, ad ipſarum imaginum temere fluitantium motus, liquido conſtat, quam ridiculum ſit, in tanta leuitate, & inconſtantia diuinatricem uim conſtituere.

Qui autem cunctis ſomnijs auctoritatem & diuinationem dabant, eam potiſſimum rationem pro ſe habebant. quod conſtaret, eorum multa in rem ueram exijſſe. Quare idem quoque illis de toto ſomniorum genere uniuerſim pronunciandum uidebatur, ſi peritū idoneumq; interpretem uel coniectorem inuenirent. E quibus ſomnijs, quæ nimirum uera euaſiſſe conſtabat, multa referebant: nos duo tantum hoc loco proponemus. Detulit ad coniectorem quidam, ſomniaſſe ſe, ouium pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Reſpondit interpres: theſaurū defoſſum eſſe ſub lecto. quæſiuit: inuenit auri aliquantū, idq; circumfuſum argento: miſit interpreti, quantuli de argēto uiſum eſt. Tum ille, nihil ne de uitello? id enim ex ouo videbatur aurum ſignificaſſe, ſicuti & albū oui argentum. — Ex Cic. 2. de Diui.

Alterum exemplum. Cum Ptolemæus, Alexandri familiaris, in prælio telo uenenato ictus eſſet, eoq; uulnere ſummo cum dolore moreretur, Alexāder aſſidēs ſomno eſt conſopitus: tum ſecundum quietē uiſus ei dicitur draco is, quem mater Olimpias alebat, radiculam ore ferre, & ſimul dicere quo illa loco naſceretur (neque longe aberat locus) eius aūt eſſe uim tantam, ut Ptolemęum facilè ſanaret. Tū Alexander experrectus narrauit amicis ſomnium & demiſit qui illam radiculam quærerent: quia inuenta & Ptolemæus ſanatus dicitur, & multi milites qui erāt eodem generi teli uulnerati. Cum igitur iſthæc ſomnia aliaq; non pauca ita ceciderint, utiq; dicendum uidetur, quod reliqua ſimilem exitum non habeant, id non ſomniorum uanitati, ſed interpretū inſcitiæ aſcribendum; aut certè cauſam eſſe, quia nos ipſi uel ſomnia obliuiſcimur, uel pro nihilo habenda ducimus. — Somnium Alexādri.

Ari.

Ariſtotelis ſententia.
Cap. II.

QVod ad Ariſtotelem attinet, eius dogma eſt, in primis nulla videri à Deo ſomnia proficiſci: idq́ ob alias cauſas: tum quia oporteret, inquit, ea immitti optimis viris & ſapientibus; & tamen aliter res habet: quandoquidem indiſcriminatim, ac ſine lege vlla abiectiſſimis hominibus & de fæce vulgi obueniunt. Deinde aſſerit tripartita inueniri ſomnia: alia eſſe quarundam rerum ſigna, alia cauſas, alia omnino temerè ac vice fortuita contingere. In primo genere cenſentur, quæ corporum affectiones morbos, temperiem indicant, aut præſignificãt, vti ſuperius explicuimus. Quò etiam pertinent ea, quibus nonnulli ex impreſſione corporum cęleſtium præſagiunt temporum mutationes: vt futurũ Himbrem, ſerenitatem, aut aliquid huiuſmodi. Monetq́ue Ariſtoteles, nihil mirum eſſe, quod harum rerum imagines nocturno potius tempore, quam diurno in animos irrepant, ac potentiam excitent: ſiquidem cum noctes trãquilliores ſint, magis tunc expeditus ac liber eſt aer ab omni motu & perturbatione, & dormientes paruos etiam motus agitationesq; interiores facilius percipiunt, quam vigilantes; quia occultæ motiones phantaſiæ, quæ ſecundum vigiliam fiunt, obſcurantur incurſu & adumbratione maiorum, quæ tunc per ſenſus palam inferuntur. Ob quam etiam cauſam iſtiuſmodi prænotiones frequentius plebeis & obſcuris hominibus, quam cæteris incidunt; quia illorum mens cogitationibus varijs facilius prædictis fluxionibus commouetur, ei'q; patet.

Tria genera ſomniorum.

Aduertit quoq; Ariſtoteles, nõ rarò hæc præſagia irrita fieri, quia vis illa, qua natura, verbi gratia, ad inuehendam pluuiã inclinabatur, alia efficaciori cauſa impedita quodãmodo pedem refert, ceditq́; Quemadmodum præſenſiones, quæ à corporum affectibus oriuntur (vt cum medicus ex ſomnio à pituitæ agitatione orto conijciat futuram febrim) nõ ſemper ad exitum perducuntur, ſuperante, atque aliorſum deflectente natura, quod iam iam imminere videbatur.

Secundi generis ſomnia dicuntur rerum futurarum cauſæ; quia ſunt principia ſiue incitamenta, quibus ad aliquid faciendum inducimur: vt ſi quis diurna cogitata cœptave ſomniet, & ei tunc aliqua ratio occurrat, qua ad negotium aggrediendum in vigilia moueatur.

Denique in tertio genere ſomniorum conſtituit Ariſtoteles ea, quæ non ad aliquam diuinam aut phyſicam rationem, ſed ad caſum vel fortunam referri debent, quæ maiori ex parte in nihilum abeunt; etſi nonnulla interdum effectum ſortiantur. Vt enim is, qui totum diem ludit, aliquando lucratur (quia, vt eſt in prouerbio, ſi ſæpe iacias aliud alias ieceris) ita fit, vt è multis ſomnijs nonnulla interdum vera euadant. Hæc ferè ſunt, quæ in hoc libello de diuinatione per ſomnium ab Ariſtotele traduntur.

Somnia fortuita.

Quouſque ſomniorum, præſagia auſcultanda ſint?
Caput III.

EX dictis conſtat, quæ fuerint Ethnicorum Philoſophorũ placita, circa ſomniorum diuinationem & vaticinia. Nũc quid de ijs reuera ſentiri oporteat, explicemus. Sit primum pronunciatum: Negari non poteſt, aliqua ſomnia immitti à Deo, ſiue immediatè, ſiue interuentu Angelorum. Huiuſce pronunciati veritas patet ex ſacris litteris, quæ multa ſomnia diuinitus iniecta commemorãt, quorum nonnulla ſuperius retulimus. Nec ratio, qua Ariſtoteles oppoſitũ ſuadebat, vllius momẽti eſt. In primis enim Deus non ſolis imperitis & ignobilibus ſomniorum prænotiones confert, ſed etiam ſapientibus ac præcipuis viris, vt Sacræ paginæ docet auctoritas. Deinde eſto, illa Deus ſolis infimæ ſortis hominibus impertiret, non proinde hoc Dei maieſtate alienũ & indignum foret exiſtimandum: qui, prout expedit & ipſius diuina prouidẽtia efflagitat, munera ſua ita communicat, vt nec infimis illa tribuendo deterior, nec ſummis largiendo eminentior fiat.

Primum pronunciatum.

Dilut. ar. Ariſtot.

2.pronũ. Secundum pronunciatum: Ea tantum ſomnia, quæ à Deo, ſiue ab Angelis immittuntur, conſtanti & certa veritate futuros euentus prænunciant. Hoc ex eo patet, quia qui futurorum notitiam habere poſſunt, & ea dormientibus prædicere, ſunt Deus, Angelus, Dæmon: at futura contingentia, cum nec in ſe ipſis, ſiquidem nondum exiſtunt; nec in ſuis cauſis, eò quod definitam cauſam non habent, intellectui creato ſint conſpicua: reliquũ eſt, vt Deo tãtum dilucidè ac certo cõſtent, & poſt Deum ijs, qui diuino inſtinctu & afflatu ea norint, hoc eſt, ſolis Angelis, (loquimur enim hic de cauſis duntaxat, quæ per ſomnia rerum cognitionem alijs communicant.) Etenim licet nonnunquam etiam Dæmonibus fortuita euenta diuinitus innoteſcant: vt teſtatur D. Auguſtinus 2. de Geneſ. ad lit. c. 17. & lib. 2. ad Simplic. q. 3. D. Damaſcenus lib. 2. fidei Orthod. ca. 4. & D. Tho. 2. 2. q. 172. art. 6. Futurorum tamen ſignificatio, quam nonnunquam ſomniantibus Dæmones inijciunt, certa non eſt: quia cum veritatem odio inſectētur, & mendaciorũ omnium architecti ſint, nihil ab eis ſolidum aut verum, ſed vanitatis fuco illitũ & ad deceptionem compoſitum, expectari debet.

3.pronũ. Tertium pronunciatum: Per ea ſomnia, quæ ex affectu corporis, vel cœleſti influxu obueniunt, poſſumus probabilẽ cõiecturam capere aliquorum effectuũ: vt ex certa commotione bilis correptum iri vehementiori febri ægrotum; & ex appulſu humoris, uel alterius eiuſmodi qualitatis, quæ antequam pluuia decidat aerẽ imbuit, futuram eſſe pluuiam. Hoc pronunciatum eſt ad mentem Ariſtotelis hoc in lib. quod item approbat D. Thomas 2. 2. quæſt. 95. artic. 6. patetque ex ijs, quæ à nobis ſuperius explicata ſunt.

4.pronũ. Quartum pronunciatum: Vanum eſt ac ſuperſtitioſum, uelle quidpiam ſcire per inſomnia à Dæmone iniecta: uel etiã per ea, quæ aliunde nobis incidunt: ſi quis diuinationem extendat ultra id, ad quod uirtus cauſæ ſomnij pertingit. Hoc pronunciatum, quod traditur à D. Thoma loco ante cit. in primis quoad dæmoniaca ſomnia, planè conſtat. Eſt enim res A impietatis & ſuperſtitionis plena, cum teterrimo Dei & humani generis hoſte id commercij genus habere, eiq; fidem irrogare. Quod uerò ad reliqua ſomnia attinet, pronunciati ueritas ex eo oſtenditur, quia qui ex ijs res occultas noſſe vult, cenſetur taciti fœderis ſocietatem cum Dæmone inire: vt eodem loco D. Thomas, & Caietanus, tum inibi, tum alias animaduertunt. Nam cum eiuſmodi cognitionem nec à Deo, nec ab Angelis B nec ab hominibus, nec a natura ipſa expetat: cogitur, velit nolit, fateri ad Dæmonem, ſaltem implicitè, recurre. Vnde nos Scripturæ diuinæ oracula à toto hoc genere ſuperſtitioſæ obſeruationis ſomniorum frequenter deterrent: vt cõſtat ex ijs, quæ legũtur Leuit. 19. Deut. 18 & 2. Paral. 33. & Eccleſiaſtę c. 5. Quo poſtremo loco. D. Hieronymus in illa verba (In multitudine ſomniorum, & vanitates, & verba plurima) [ita ſcripſit:] C eum diuerſa videris per nocturnam quietem, & uarijs anima fuerit exagitata terroribus, ſiue incitata promiſſis, tu ea cõtemne, quæ ſomnij ſunt, & ſolum Deum time: qui enim ſomnijs crediderit, uanitatibus ſe & ineptijs tradet.

Præterea eſto, in prędicta ſomniorum obſeruatione nulla cum Dæmone ſocietas interueniret: ſatis per ſe ridiculum & ſtultum eſt, ijs credere: alioqui habeatur etiam fides delirãtium & ebriorum D uiſionibus ac ſpectris: quandoquidem utrique non minus abſurda & inepta cogitant; nec minus hallucinantur. Accedit, quod nec milleſima pars talium ſomniorum uera euadit. Vnde rectè Tullius 2. Diuinat. miratur, cum homini mendaci ne uerum quidem dicenti credere ſoleamus; quo modo ſomniorum defenſores, ſi ſomnium uerum euaſit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogēt, quam ex uno numerabilia confirment. E Denique, eo etiam hi de hominum genere male merẽtur, quod cum perfugium omnium laborũ ac ſollicitudinum ſit ſomnus, in cauſa ſunt, ut ex eo ipſo plurimæ curæ metuſq; naſcãtur: dum nonnulli eorum adducti opinionibus, quid portendant, quam ve exitum ſua ſomnia habitura ſint, ſollicitè diſquirunt. Lege Lactãtium in lib. de Opif. Dei, c. 18. Medinam

pinam lib. 7. ſuæ Paræn. Ciceronem lib. citato vbi de hac re copioſè, & acutè diſputat.

Explicatio problematum, ad ſomniorum præſagia ſpectantium. Caput IV.

Reſpondeamus aliquot problematis ad ſomniorum diuinationem pertinentibus. Primum ſit: cur melãcholicis plura incidunt vera ſomnia, quam alijs? Reſp. Quia ij, quia atra bili abundant, vt ſuopte ingenio cogitabũdi ſunt, ita frequentius ſomniant, ac multiplicĩ rerum viſiones experiuntur. Vnde quẽadmodum is, qui totum diem iaculatur, aliquando collimat; ſic illi ſomniando nonnunquam vera apprehendunt, & eò ſæpius, & quò frequentiora habẽt inſomnia.

Lege Caietanũ ad q. 12. Prima p. art. 11. 2. Cur Deus nonnumquam in ſomnijs potius, quam vigiliæ tempore, occultarum rerum vaticinia inſpirat? Reſp. Primum, quia animus a tumultuantium rerum curis abiunctus, & externorum ſenſuum functione vacans, aptior eſt ad diuinarum rerum cognitionem cœlitus hauriendam. Secũdò, quia ipſum noctis ſilentium maiorem erga res diuinas reuerentiam conciliat. Poſtremò, quia vt Deus latibulum ſuum tenebras poſuiſſe dicitur, quia eius ſplendor mẽtis noſtræ aciem perſtringit & quodammodo obcæcat: ita potius noctis caliginem, vt cum hominibus colloquatur, eligit, Conſule Diuum Bonauenturam in 2. diſtinct. 25. quæſt. 6. num. 76.

Hinc iam patet ſolutio eius argumenti, quo nonnulli, vt ſupra meminimus, oſtendere nitebãtur, nõ decere; vt Deus ſomniorum ambage & circuitu arcana ſua hominibus aperiat. Decet enim non nunquam ita fieri, ob eas rationes, quas hic attulimus.

Cõſule D. Dion. c. 2. cœleſtis Hierarch. D. Th. 1. p. q. 1. ar. 9. 3. Cur diuina ſomnia non ſemper clara ſunt & aperta, ſed interdum obſcura & quaſi ænigmatum inuolucris obtecta? Reſp. Quia ſic humana mens ad diuina myſteria, vti oportet, veneranda & in pretio habenda efficacius inſtruitur, quã ſi eadem primo ſtatim occurſu prænoſceret. Accedit, quod ij quibus ea traduntur, dum eorum intelligantiam à Deo poſcunt, ad altiora & diuiniora percipiẽda magis idonei fiunt.

Iamblichi opinio de diuinis ſomnijs. 4. Eſtne verum, quod ſcripſit Iamblichus, diuina ſomnia non obuenire hominibus, niſi aut primo, aut extremo ſomni tempore: quia tunc animus aut nondũ vaporibus in caput ſublatis omnino oppreſſus ſit; aut ijs iam euaneſcentibus ſolutior ac liberior fiat? Reſp. fuit ea opinio non Iamblichi tantum, ſed eorum qui apud Ethnicos interpretationẽ ſomniorum profitebantur. Vnde ſomnia ad ſe deferentibus nihil reſpondebant, ſi extra prædicta tempora illa ſibi accidiſſe dicerent. Sed hoc fictitium eſt & inane, ac nulla, munitum auctoritate: & quouis tempore, vt æquè facile, ita liberum Deo eſt, rerum prænotiones humanæ menti inijcere.

IN LIBRVM DE RESPIRATIONE.

Caput Primum.

COmmodius fore iudicauimus ad ordinem, facilitatemq́ue doctrinæ, noſtram commentationem in librum de Reſpiratione hoc in loco ſtatuere. Occurrit autem in primis diſquirendum, quæ ſit cauſa efficiens reſpirationis? quæ quoniã duplex eſt, videlicet principalis, & inſtrumẽtaria: illud primò ſciendũ, cùm reſpiratio ſit vitalis operatio, principẽ cauſam effectricem illius poſt ipſum animal (cui vt ſuppoſito omnes functiones primariò deferuntur) eſſe animam: deinde inſtrumentariã, eſſe vim motricem corpori inhærentem: inſtrumenta, quorum miniſterio, & interuentu hæc motio perficitur, eſſe eas partes corporis, ad quas ſpectat eductio, ſeu tranſuectio externi aeris ad cor; ſiquidẽ reſpiratio nihil eſt aliud, quàm attractio aeris ad cor, vt in progreſſu enucleatius dicemus.

Cauſa efficiès reſpirationes.

Hęc inſtrumenta ſunt, ipſum cor, pulmones, diaphragma, arteria venenoſa, arteria vocalis. Porrò autem pulmonis corpus lęue & rarũ eſt, velut è ſpuma quadam ſanguinea concretum, ac ſpongiæ ſimile, vt pote ad hauriendum imbibendumq́; aerem à natura comparatũ. Præterea, vt deſcribit Fernelius li. 1. ſuæ phyſiol. cap. 9. pulmonis caro contexitur triplici vaſorum genere, retis modo implicatorum. Quorũ primum eſt arteriola vena, quæ e dextro cordis ventriculo in omnes pulmonis particulas diffunditur; per hanc verò cor alimentum pulmoni tranſmittit, quod nulli alteri membro præſtat, docente Galeno lib. 2. de Nat. facul. Secundũ, arteria venoſa, quæ ex omnibus eius particulis tenues riuos tanquam radices excipiens, trunco vnico in lævum cordis ſinum intruditur. Tertiũ, A aſpera arteria, quæ à faucibus ortum ducens, in duas regiones primùm bifido diſtracta, mox deinde in exiguas propagines diſſecta totum pulmonem decurrit, in eumq́; aerem attractum infert. Diaphragma, quod Latini cingulum, & ſeptum tranſuerſum vocant, eſt muſculus quidam ſimplex & rotundus, qui ſpiritalia viſcera à naturalibus, & hoc eſt, cor & pulmones à iecore & liene, velut paries quidam interiectus, dirimit.

Inſtrumẽta reſpirãdi.

C Igitur omiſſis antiquorũ de re propoſita ſẽtẽtijs, quas hoc in libro refellit Ariſtoteles, ſtatuẽdum eſt, reſpirationẽ hũc in modum fieri: Attrahitur externus aer, per arteriam vocalẽ interuẽtu diaphragmatis ad pulmones: hi ſeſe dilatando quaſi folles aerẽ attractum in cor effundunt, frigidam ei qualitatem impertientes; ſed mox reciproca viciſſitudine eundem aerem æſtu cordis calefactum ſe cõtrahendo foras eijciunt. Quo fit, vt reſpi- C rationis duæ ſint partes: inſpiratio, qua aer attrahitur; expiratio, qua emittitur. Sed enim obſeruit etiam arteria venoſa ad reſpirationem, quatenus per eam cor pulmonis aerem ad ſe allicit.

Reſpiratio quo pacto fiat.

Reſpirationis duæ partes.

Docet autem Galenus 6. de Vſu part. ideo aerem non continentur adduci ad cor, ſed primũ deferri ad pulmones, tanquam ad ſpiritus promptuariũ: quia alioqui ob inopiam collecti aeris nõ poſſemus diu ſermonem continuare, nec mer- D gi in aquam ſuffocationis metu; nec ſine reſpiratione fumum, aut puluerem, aut noxiam aeris qualitatem excutere. Vnde neceſſum foret, vel peſtiẽtem auram intempeſtiuè inſpirare, vel omnino nihil inſpirãtes confeſtim extingui. Nunc autem ſecus res habet, ſiquidem cor ex fiſtuloſo pulmonis conceptaculo copioſum ſpiritũ ducit, eumq́; rurſus in pulmonem reddit.

Enuclea-

Enucleatius explicatur, quanam vi pulmones moueantur.

Caput II.

QVæri autem ſolet, num pulmones ad attrahendum pellendumq́; aerem ſuapte vi, an potius à corde, uel a diaphragmate concitentur. Ariſtoteles hoc in lib. c. 4. & 3. de Part. anim. c. 6. docet, pulmoni delegatum eſſe reſpirandi officium; habere tamen principiũ & originem ſui motus à corde. & ca. 10. eiuſdem lib. de Part. anim. nullum diaphragmatis vſum agnoſcit, præter abiunctionem ſpiritualium membrorum ab inferioribus. Galen. lib. 4. de Loc. aff. c. 5. & 8. lib. 5. c. 2. & 3. & lib. 5. de Vſu part. cap. 15 alijsq́ue in locis. Item Auicenna Fen. 3 Can. tract. 1. cap. 7. Conciliator diff 99. Thomas Garb. in ſua ſumma lib. 7. tract. 49. arbitrantur, pulmones nõ moueri à ſe, ſed motu diaphragmatis. Quæ ſententia ex eo oſtenditur: quia pulmonũ caro eſt admodum mollis & flaccida, proindeq́; minimè apta ad exercendum per ſe motũ & eleuandum thoracem, cũ tamen diaphragmatis ſubſtantia ad id per quam idonea ſit, utpote bene firma, & multis neruis conſtans. Secundò idem confirmatur: quia compertum eſt læſo diaphragmate, eiusq́ue motu ceſſante, confeſtim inhiberi agitationem pulmonum. Item, quia pulmones, etiã dum ſanie tabeſcũt & expuuntur, non deſinunt moueri: deſinerent autem, ſi à ſeipſis mouerentur.

Itẽ Thomas à Vega ad c. 5. li. 4 de lo. affect.

Auerroes 2. Collig cap. 59. exiſtimat, motum pulmonum proficiſci tum à diaphragmate, tum à propria ipſorum virtute: faceturq́; latuiſſe Ariſtotelem hunc diaphragmatis influxum erga pulmones nec debere id mirum uideri, quia eius ętate nondum anatomica obſeruatio magnam fecerat progreſſionem.

Propoſitio prima.

Hæc dubitatio aliquot propoſitionib. enodanda eſt. Prima ſit: Pulmones non mouentur ad motum cordis. Hæc probatur primùm, quia non eſt idem concẽtus reſpirationis & motus cordis; cum uni reſpirationi plures arteriarum & cordis pulſationes reſpondeant. Secundò, quia reſpirationum poſſumus aliquantulum

A inhibere, & tardiorem celerioremve efficere; non autem cordis motum.

Propoſ. 2.

Secunda propoſitio: Pulmones non ſolum mouentur motu diaphragmatis & muſculorum pectoris, ſed etiam propria virtute. Priorem partem huiuſce propoſitionis ſuadent rationes, quas paulò ante pro Galeno, Auicenna, & Garbio attulimus. Poſterior ex eo oſtenditur, quia cum pulmonibus reſpirandi officium natura cõmiſerit, vt Ariſtoteles l. 3 de Part. anim. ca. 6. docuit (quod ita intellige, ut B non ex toto, ſed partiatim tales eis munus dederit; ſiquidem ad id quoque diaphragma concurrit) certè conſentaneum fuit, ut etiam pulmonibus propriam vim motricem ad eum motum adminiſtrandum impertiretur. Nec facilè pronuntiandum uidetur, Ariſtotelem ignoraſſe prædictum concurſum diaphragmatis ad agitationem pulmonum. Etenim licèt illius locis cit. non meminerit; non proinde tamen eum negaſſe conuincitur.

Propoſ. 3.

Tertia propoſitio: Motus pulmonum non ſolum à prædictis cauſis dependet, ſed etiam à corde, tanquam à communi fonte natiui caloris; tum priuatim, quatenus pulmones à dextro cordis ventriculo ſanguinem hauriunt, quo pariter incaleſcunt alunturq́ue. Huiuſce propoſitionis veritas ex ſuperioribus conſtat: oſtendimus enim, calorem, qui à corde in cætera membra influit, opificem eſſe omnium functionum in animantibus: item, cor è dextro ſuo ventriculo ſanguinem D ad alimentum pulmonibus tribuere, quod nulli alteri membro præſtat; vt uidelicet eis refrigerationis gratiam eo beneficio compenſet. At enim cùm eiuſmodi ſanguis è caloris officina proximè dimanet, non poterunt non illis pulmones uehementius incaleſcere, & motricem uim acuere.

Ad rationes, quæ ſuadebant motum pulmonum à ſolo diaphragmate oriri, dicendum: licet pulmones flaccidi, & rari E ſint, nec per ſe thoracem, uel diaphragma ciere queant; non proinde motrice facultate ſic deſtitui, ut non ualeant pro ſua portione aliquid cõferre ad proprium motum: ita tamen, ut ad eum præcipuè concurrat diaphragma, cuius ſubſtantia multo robuſtior eſt, ac neruoſior. Ad ſe-

Læſo diaphragmate motus pulmonũ impeditur.

cundũ: læſo diaphragmate impediri agitationem pulmonum, tum propter cohærentiam quam inter ſe habent; tum quia virtus motrix innata pulmonibus imbecilla eſt, nec per ſe ad id munus obeundum ſuffi cit. Ad tertium: pulmones, etiã dum morbo tabifico paulatim abſumuntur, non omnino priuari motu, quia non à ſe tantùm mouentur: item, quia non niſi morte ſubeunte eorum virtus motiua omnino deperit.

Dubium.

B Solet in controuerſiam adduci, num motus reſpirationis naturalis an voluntarius ſit? Omiſſis controuerſijs dicimus,

Reſpõſio.

hunc motum partim voluntarium, partim naturalẽ eſſe. Eſt autem voluntarius, qua ex parte arbitratu noſtro nunc crebriùs, nunc rariùs; nunc tardiùs, nunc celeriùs, reſpirare poſſumus: imò etiam quia non eſt per naturam abſolutè impoſſibile, reſpirationem omninò cohibere: vt lib. 2. de Motu muſc. ca. 1. Galenus probat exemplo ſerui barbari, qui vehementer iratus cohibito ſpiritu ſibi mortem conſciuit. C Sed eſt idem motus ſimul naturalis, non ſolùm quia tantam eius neceſſitatem animantibus natura indixit vt abſque illius vſu vita ſeruari nequeat: ſed etiam quia partiatim oritur ab pulmo ipſo pulmone, cuius motio non eſt arbitraria: tum propterea, quia difficillimũ eſt propter innatum vitę amorẽ & mortis atrocitatem, ad interitum vſq; ſpiritum inhibere. Quo fit vt potiùs aſſerendum, D haud eſſe in noſtra poteſtate non omnino reſpirare; cùm rarò inueniri queat, qui eam ſibi vim inferat.

Quæſtio.

Diſceptatio tamen eſt, num prædictus motus magis voluntarius, quàm naturalis dicendus ſit? Pleriq; Medicorum magis voluntarium appellandum cenſet: vt Galenus lib. 2. de Motu muſc. Fernelius li. 6 Phyſiol. c. 18. Valleſius lib. 2. Contr. Med & Phil. c. 2. & alij. Concilliator verò diff 39. iudicat vocandũ medium, hoc E eſt partim voluntariũ, partim naturalem quod arbitratur placuiſſe Auic 13. tract. 1. c. 7. Nobis tamen videtur appellandus magis naturalis, quàm voluntariùs propterea quòd citra omnem liberi arbitrij actionẽ & vigiliæ, & ſomni tempore exercetur: etſi aliquo modo vocandus ſit ſpontaneus ſeu voluntarius, ob ea quę

Reſp.

A periùs diximus. Vnde & Ariſtoteles in li. de anim. motu, ca. 8. reſpirationem connumerat inter motus non voluntarios.

De fine reſpirationis.
Caput III.

Egimus de effectrici reſpirationis cauſa: proximum eſt, vt de illius fine diſſeramus. Reſpirationis finis, vt ca. 5 & B 5. huius lib. Ariſtoteles docet, eſt cordis refrigeratio, & quæ inde ſubſequitur tutela natiui caloris. Duabus enim potiſſimùm cauſis perit calor: eoque abolito ruit in perniciem viuens, cui inhæret, & ad cuius conſeruationem requiritur: nimirum vel quia eiuſmodi calor immodici frigoris appulſu extinguitur; vel quia marceſcit & ſuffocatur defectu aeris refrigerantis. Vtique nimio frigore caloris iacturam faciunt, emoriunturque nonnunquam ij, qui niuoſa loca traijciunt, & qui C liberaliori potu algidæ aquæ irrigantur. Similiter pruina & per frigido ventorum flatu, ſtirpium & vinearum germina aduruntur, & integræ arbores ſucco omni exhauſto, inareſcunt. Inopia verò refrigerationis euaneſcit, flamma medicis cucurbitulis, vel clauſo furno coercita. Intereunt animantes quibus fauces præcluduntur, & qui in balneis vel hypocauſto nimis feruentem auram trahunt, & qui paucum eundemque aerem continenter D bibunt: nam cùm is anhelitu aſſiduo incaleſcat, refrigerationis opem exhibere non valet.

Duas ob cauſas perire calorem.

Flammæ refrigeratio neceſſaria.

Hæc igitur cauſa eſt, ob quam natura ijs animantibus, quibus cor vberiori ſpirituum copia & calore æſtuat, reſpirationem attribuit: videlicet, vt cor reciprocantis aeris acceſſu incendium mitiget, caloremque ferocitatis impetu in proxima irruentem ſub idonea menſura E tueatur, & fuligines ac recrementa ex humorum aduſtione orta in recentem aerem ſubmittat, foraſque expellat. Opprimitur enim & ſtrangulatur cor iſtiuſmodi ſuperuacaneis, non ſecus ac flamma craſſo multoque fumo. Vnde qui corde grauiter vehementerque affliguntur, exſufflatione recreantur: eſtque id tunc illis vnicum remedium, quod torpidum

ridum vaporem, & ſuffocantes halitus eximit, ac propulſat. Ita uerò appulſio recentis frigidíque aeris, per reſpirationem facta, duas ob cauſas requiritur: dum ne calor natiuus feruida exhalatione obtectus, aut confertim aceruatus, ſubitò langueſcat & ſtranguletur; tum ne plus æquo effuſus, ac diſſipatus omnino pereat: quorum alterum præſtat aer excipiendo in ſe cordis fuligines; alterum coercendo calorem, ſeſeque illi hinc inde opponendo.

Alius finis.

Adducunt etiam Medici, comparatam fuiſſe à natura reſpirationem ad nutriendos ſpiritus uitales. aiuntq; deferri à pulmonibus per arteriam uenoſam aerem ad læuum cordis ſinum, vbi uitales ſpiritus efformentur: ibique eiuſmodi aerem in ſpirituum ſubſtantiam faceſſere. qua de re ita ſcripſit Fernelius lib. 6. Phyſiol. ca. 18 [Ambiens aer per os & nares in aſperam arteriam inſiliens, non modò eius ramos, qui per pulmonibus ſubſtantiam diffuſi ſunt, ſed & omnem fere eius molem implet; adeò ut uniuerſam thoracis capacitatem, tum inflatus atque ſpiritu turgens pulmo reſarciat & impleat. Qui hauſtus aer fuerat, primam in pulmone elaborationem ſumit, illicq; concoquitur & præparatur vi carnis, quę plane tenuis eſt, mollis & aerea; ut proinde huiuſce operis cauſa maxime conſtructa eſſe videatur: quemadmodum & caro iecinoris ad ſanguinis confectionem. Non enim externus aer rudis, frigidus & impurus, & derepente irruens, fieri poteſt interioris ſpiritus conueniens pabulum: ſed hunc, quemadmodum & alimenta, neceſſe eſt paulatim mutari, & familiarem innato ſpiritui qualitatem longiuſcula interpoſita mora recipere. Poſt hac auelaboratus diligenter hic ſpiritus in ſiniſtrum cordis ventriculum arripitur: ex quò, accedente ſanguinis vapore, qui ex dextro ventriculo permanauit, ui cordis inſita, & ingenti caloris incendio: haud ſecus atque in fornace ſpiritus procreatur uitalis, qui demum in omne corpus per arterias diffuſus, ſalutarē impertit cunctis calorem.] Hęc ille. Quę magna ex parte deſumpſit ex Galeno li. 7 de Vſu part. cap 7 & 9. in lib. de Vſu pulſ. Eandemque doctrinā tradidit Hippocrates in lib. de Alim. Auicenna Fen. 11. tractat 3. Aphrodiſæus lib. 2. Probl. quæſt. 63. Quòd aūt prędicta ſpirituum nutritio admitti debeat, ex eo concludunt: quia cùm ſpiritus ſubſtātia tenuis, ac propè aerea ſit, paſſimq; effluat, & diſſipetur, nec tam facilè è ſanguinis uapore per nouos inſtaurari queat, conſequens eſt, vt e re admodum ſibi cognata & ſimili, qualis eſt aer, reficiatur nutriaturque.

Quibus animantibus reſpiratio conueniat? Caput IIII.

Non omnia animātia reſpirare.

Licet omnia animantia calore prædita ſint, proindeque refrigerationem aliquam deſiderent; non eam tamē reſpirationis beneficio uniuerſa obtinēt, ſed alijs modis, ut progreſſu patebit. Hinc Ariſtoteles 1. capi. huius lib. & lib. 3. de Part. anim. cap. 6 inueſtigat, quib. animantium generibus reſpiratio competat: ſtatuitq; ijs duntaxat conuenire, quæ ſanguinea ſunt, & pulmonem habent. Hæc enim, ut natiui caloris incendium in ſe maius continent; ita appulſionum ingreſſum requirunt frigidi aeris, qui interiora quæque facilè peruadit, & huc, illucque breui temporis ſpatio commeat, atque adeò meliùs, & commodiùs refrigerat. Ea igitur, quibus pulmo ineſt, reſpirant omnia, ſolaque. Verum ex his quædam, inquit Ariſtoteles, pulmonem habent penè exſanguem, & nimis fungoſum, vt ranarum genus, fluuiatiles mures teſtudines, delphini, crocodili, balænæ, aliaque nonnulla. Hæc autem minus frequēti reſpiratione egent: quia cum frigidiora ſint, ubi ſemel eorū pulmo aerem imbibit, refrigerari ab eo diu poſſunt, abſque recentis aeris acceſſu. Quæ tamē ſi vi aliqua diutiùs ſub aquā teneantur, emoriuntur: vti aliquando accidit delphinis retı deprehenſis.

Lege Galenum li. 16 d Vſu part. c. 9.

Quod cæteri piſces non reſpirēt, probat Ariſtoteles eodem ca. Primùm, quia inter reſpirandum obuiaret aqua aeri, atque ita hæc duo corpora ſeſe mutuò impedirent: vel certe darentur ſimul exſpiratio & inſpiratio. Secundò, quia piſces non habent arteriam, ſicuti nec pul-

Ariſtoteles arnit quòd non omnes piſces reſpirent.

pulmonem ;ſed eorum ventriculus ori A
proximè adhæret. Tertiò,quia non mo-
uent aliam particulam ventris, vt cæte-
ra ſpirantia . Quartò,quia cùm in aquis
moriuntur , non videmus in ſummo a-
quæ bullas fieri: quod tamen accidit,
cùm reſpirantia aquis ſuffocantur , quia
per vim ſpiritus exit. Quintò, quia pari
modo poſſent reliquæ animantes in a-
quis reſpirare : quod negat experientia.
Sextò, quia non interirẽt paulò pòſt ex
tra aquam , vbi affatim eis ſuppetit aer, B
quem alternatim ducãt. Cæterùm quia
piſces ſuam quoque refrigerationem re
quirunt,aquam admittunt ore & bran-
chijs:quæ cum ſint coniũctæ venis qui-
buſdam & arterijs cordi cohærentibus,
eo pacto viſcerum temperant calorem.
Vnde cùm iam ſenectute , vel alia cauſa
mouere branchias non poſſunt, ſuffocan
tur:ut teſtatur Ariſtoteles c.6 huius lib.

Opinio exiſtimantium, omnes in vniuerſum piſces reſpirare: eiuſque impugnatio. Caput V. C

VEtus tamen opinio fuit Anaxago-
Lege Ter- ræ & Diogenis,ut refert Ariſtote-
tul.in lib. les 1.huius lib.c.piſces,etſi plerique pul
de Anima mone careant , nihilominus reſpirare
cap.10. omnes . Quod itẽ aſſeuerat Plinius lib.
9 Nat. hiſt. cap. 7. hiſce adductus argu-
mẽtis. Primùm,quia eſto aquatilia pul-
Primum monibus careant , poſſunt eis loco pul- D
argumen. monum alia ſpirabilia uiſcera ſubeſſe,
Plinij. ita uolente natura: ſicut & pro ſanguine
eſt multis alius humor . Secundò , quia
2. non deeſt intra aquas uitalis halitus,qui
etiam in terras , ſpiſſiorem naturæ par-
tem , penetrat: argumento animalium,
3. quæ ſemper defoſſa uiuũt,ut talpæ Itẽ,
quia ſæpè obſeruata eſt in piſcibus æſti-
uo tempore intra aquam quædam anhe-
4. latio,& tranquilla uelut oſcitatio . Præ-
terea,quia piſces dormiunt:ſine reſpira- E
tione autem ſomno locus non eſt. Po-
5. ſtremò,quia id indicat bullantium aqua
rum ſufflatio,& auditus atque odoratus
piſcium: quorum neutrum abſque aeris
interuentu fit.

Idem ſen- Eandem ſententiam tuetur Ronde-
tit Ronde- letius lib.4 de Piſc.cap. 9.quam aliquot
letius. etiam argumentis ſtabilire conatur.Pri-

A mùm,quia,vt Ariſtoteles 3.de Generat. Eius.1.ar-
anim.cap.11 .ait , mare omnium parti-
ceps eſt,videlicet humoris , aeris , & ter
ræ:quare non deerit piſcibus aer, quem
intra aquas hauriant. Secundò quia reſ- 2.
piratio,vt Medici tradunt, neceſſaria eſt
ad nutricationem ſpirituum:at etiam pi-
ſces ſpiritibus indigent. Tertiò,quia ſi in 3
vaſe anguſti oris aquæ pleno concludan-
tur piſces, illic diu uiuunt & natant , ſi
orificium apertum habeant , ſi autem ita
B vas obturetur,vt aeris aditus nõ pateat,
confeſtim ſuffocantur :quod non accide-
ret , ſi eis ſola aqua ad refrigerationem 4.
ſat eſſet . Quartò,quia ad reſpirandum
ſufficit tepor æthereus, & cœleſtis ſpiri-
tus omnia peruadens , de quo eſt illud
Poetæ.

Spiritus intus alit , totamq; infuſa per artus, Virgil.
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Aeneid. 6.

C Concludit itaque Rondeletius,omne
piſcium genus reſpirare;ſed variè . Nam
belluæ , inquit marinæ , & quæcunque
pulmones habet , aerem vnà cùm aqua
hauriunt eadem autem fiſtula eiiciunt ,
qua etiam ſpiritum ducunt , veluti nos
naribus:ſicq; reſpirant balænæ,delphini,
phyſeteres. Alia pulmonibus ſine fiſtula,
ut teſtudines marinæ,paluſtres,& fluuia
tiles:ſimiliterque uituli marini , quibus
parẽtes ſunt nares, larinx anguſtiſſima ;
D quo fit,ut naribus aquam hauſtam red-
dant , aerem retineant . Reliqui piſces,
quibus branchiæ uel apertæ, uel opertæ
ſunt,ij dem aerem trahunt, & aquam ſi-
mul hauſtam emittunt . Oſtrea, tenuiſ-
ſima contecta cute, per cutis exiguos
meatus uidentur reſpirare . Et denique
omnia aquatilia , pro caloris uentilandi
& ſpirituum reficiendorum magnitudi
ne uel exiguitate , alio atque alio modo
reſpirationem exercent. Galen. li.
E Non eſt tamẽ propter ſuperiora argu 6.de uſu
menta recedendum ab Ariſtotelis do- part.ca.9.
ctrina , quam communis philoſophan- Solut.1.ar
tium ſcola tuetur. Quare ad primum eo gum.
rum, quæ ex Plinio attulimus , reſpon-
dendum eſt:nec pulmones , nec aliquid
vice pulmonum omnibus piſcibus ineſ-
ſe;cùm id non omnes exigant, ſicuti nec
omnes reſpirationẽ deſiderant. Ad ſecun Solut.2.
dum

dum facilius terræ viſceribus, quam ſub aquis aerem ſeruari. Etenim intra terrã multæ ſunt ſcatebiæ & meatus, qui, ne vacuum detur, ab aere occupantur: in aquis verò confeſtim aer ſubuolat, conſtipante ſe vltro fluido elemento.

Solut. 5. Ad tertium: cum aqua calore Solis incaleſcit, ſolere interdum piſces ore, & branchijs aquam frequentius haurire & reddere, vt magis refrigerentur; ſicque anhelationem imitari; ſimiliter dum ſerenum tempus eſt, nonnunquam ore patulo hiare quaſi oſcitantes, vel propter affectum lætitiæ, vel alias ob cauſas; non tamen uere anhelare vel oſcitare, cum hoc ſine interuentu aeris non fiat.

Solut. 4. Ad quartum ſomnum ex ſe reſpiratione non indigere. Nos enim haud propterea inter dormiendum reſpiramus, quia ſomnum capimus, ſed quia caloris refrigeratione perpetuo indigemus.

Solut. 5. Ad quintum, non excitari bullas emiſſo aere per exſpirationem quorumuis piſcium, ſed ranarũ, teſtudinum, aut aliorum, quibus reſpiratio conuenit, qui ſpiritum cauitate pulmonum, aſſeruatum aliquando ſub aquis laxant, & ad extimam aquæ ſuperficiem remittũt.

Solut. 6. Ad ſextum: neq; auditũ, neque olfactum aquatilium, ad functiones ſuas obeundas aerem flagitare; cum ad eorum ſenſiteria per interfuſam aquã ſoni & odores, atque horum ſpecies transmitti queant.

Reſpõſio ad 1. arg. Rondel. Ad primum Rondeletij dicendum: nihil aliud velle Ariſtotelem eo loco, quã mare non eſſe purum & ſincerum elemẽtum; ſed concretum permixtione qualitatum aeris terræque, habet enim mare nõ parum ex aereo calore, & terrea craſſitudine.

Ad 2. Ad ſecũdum: aquatilia, vt deterioris naturæ ſunt quam terreſtria, ita mĩnorẽ requirere ſpirituum copiam; proindeque ſat illis eſſe eos ſpiritus, quos natiuus calor è ſanguine cõficit nutritque.

Ad 3. Ad tertium: in uaſe anguſtiore undiq; obturato minus diu uiuere incluſos piſces, quam ſi uaſis orificiũ pateat, quia ſine appulſu aeris incaleſcit in eo aqua, nec iam ad refrige rationis beneficium præſtandum idonea eſt, vti Ariſtoteles hoc in lib. cap. 6. docuit.

Ad 4. Ad vltimum, reſpirationem abſque aere dari non poſſe: at nec calorem æthereum, nec ullum alium influxum è cœlo dilapſum, aerem eſſe. Nec poetam nomine ſpiritus aerem intellexiſſe, ſed uel animam mundanam ex dogmate Platonico, uel ipſum diuinum numen, quod per totam rerum uniuerſitatem commeat, ut alibi expoſuimus.

Quo pacto inter ſe conueniant diſſideant, cordis arteriarumq; motus, & reſpiratio? Caput VI.

Comparemus nunc cordis & arteriarum motum, tum inter ſe, tum cum reſpirandi actione. Aduertendum in primis cor perenni agitatione concitari, nunc ſeſe dilatando, quod uel ſenſu ipſo conſpicuum eſt, nunc contrahendo. (Motus cordis.) Porrò autem dum cor dilatatur, ſanguinem è uena caua in dextrum uentriculum euocat, & recentem aerem bibit è pulmonibus, quem per leues arterias in læuum ſinum corripit. Ad dum contrahitur, eundem aerem iam calfactum foras pellit, ſimulque fuliginoſa excernit emittitque: partim per arteriam uenoſam in pulmones; partim per eam uenam, quam aortam dicunt.

Arteriæ uerò ſimilem motũ ſubeunt: (Motus arteriarum.) modò namque eleuantur, modò deprimuntur. Cum eleuãtur, per externa quidem orificia alliciunt ad ſe ambientem aerem; per interna ad cor pertingentia, ſpiritus, & ſanguinem trahunt, vnaque aliquam fuliginum cordis portionem paulò poſt abigendam excipiunt. Item etiam per laterales poros & ſpiracula, venalem ſanguinem à uenis ſibi cohærẽtibus ad arterialis nutrimentum prolectant. Rurſus eædem arteriæ, cum deprimuntur & in ſe ipſas recidunt, fumidam ſuperfluitatem & torridi vaporis fæcem paulò antè contractam, excutiunt per meatus: quibus in vniuerſam cutem, vẽtriculum, inteſtina, & in venas ſeſe aperiunt; itemq; in laxitatem ipſis arterijs circum fuſam, quam eius rei gratia natura molita eſt.

Mirifice autem inter ſe conueniũt arteriarum & cordis pulſatio. (Cõſenſus arteriarũ, & cordis.) Primum, quod utraq; ſit à facultate vitali, hoc eſt, à virtute quadã motrice, quæ in corde,

quod

quod vitæ fons eſt, ortum habet. Hanc vim ſunt qui putẽt non eſſe aliud, quàm calorem ſanguinis in corde ebullientis. Sed nõ rectè philoſophãtur. Calor enim principium eſt alterandi, non loco mouendi, ſaltem per ſe & ex proprio ingenio; eſtq; commune inſtrumentum rebus viuentibus, ad corporum functiones obeundas: illa autem vis motum ciens naturalis quædam facultas eſt, è ſecundò qualitatum genere, ad id munus peculiariter adminiſtrandum delegata. Micant autem iugi motu arteriæ, nõ ob id tantum, quod tunicis cordi adhærentibus conſtent (alioqui oporteret etiã venas omnes, quæ intermedio venæ cauæ cordi copulantur, vna cõcitari; ſed quia ita eum corde vniuntur, vt ingenitam ad talem motum poteſtatem habeant, à corde tamen dependentem.

Quæſtio.

Secundò cõueniunt, quia eundem ſpectant finem, videlicet tutelam natiui caloris, modo paulò ante explicato. Quod ſi quis roget, num etiam per arteriarum diſtentionem cor refrigeretur? Reſpondemus refrigerari, cum neceſſariò ab arterijs, quæ hiantia in corde oſcula habẽt aliqua aeris portio ad ipſum cor euadat. Nec obſtat, quod aer arteriarum fiſtulis interceptus, nõ niſi commercio arterialis ſanguinis, atque adeò tepefactus ad cor perueniat; non enim vſq; adeò incaleſcit, vt ad refrigerandum aliqua ex parte non valeat.

Pulſus arteriarum index valetudinis & morbi.

Tertiò conſentiunt, quatenus eodem tenore & concentu ſibi reſpondent: cum enim ſeſe cor explicat explicantur arteriæ: dum ſe cõtrahit, ſubſidunt: id quod facilè deprehendet, vt Galen. li. 3. de præſag. pulſ. cap. 2. ait, qui altera manu cordis pulſationem, altera motum arteriarum explorauerit. Ideòque arteriarum agitatio ipſum cordis motum, temperamentum, & abundantiam aut inopiam natiui caloris, in quo vita cõſiſtit, ſingulari naturæ artificio teſtatur. Vnde illud Plinij lib. 11. Nat. hiſt. cap. 37. Arteriarum pulſus in cacumine maximè mẽbrorum euidens index ferè morborum, in modulos certos legesque metricas, per ętatis ſtabilis aut citatus, obſeruatione crebri aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat.

A Sed comparemus etiam pulſationem cordis & arteriarum cum reſpiratione. Primum eſt inter eas conuenientia, quia ambæ inſtitutæ ſunt a natura cuſtodiendi ac temperandi caloris gratia. Quod maior Philoſophorum & Medicorum pars, teſte Galeno li. de Vſu pulſ. c. inde probat, quia vtraq; ijſdem ex cauſis ſimiles mutationum differentias ſortitur. Nam qui corporis exercitatione aliave B cauſa incaleſcunt; ij non modo crebrius ac frequentius reſpirant; ſed pulſus etiã pari modo mutatos exhibent. Præterea in ijs qui algent, ſicuti reſpiratio tardior ac minor deprehenditur, ita & pulſus.

Sanè quidem euariantur hi motus ſecundum ætatum diſcrimina: nam puerò recens in lucem edito pulſus frequentior eſt; ſicuti ſeni rarior: qui autem in media ætate ſunt, ijs pulſus ad C proportionem reſpondet, prout ad pueritiam vel ſenectutẽ magis acceſſerint. Præter hæc vehementes animi affectus, ciborum genus, anni tempora, cęli ſoliſque conſtitutio, & vno verbo omnis ad frigus & calorem mutatio pulſum reſpirationemque aliter afficere conſueuerunt.

Secundò conſentiunt in eo prædicti motus, quod vt quies illa, quæ arteriarũ contractioni ſuccedit, maior eſt quàm D ea quæ dilationem ſequitur; ſic, quæ inſpirationem antecedit, maior exiſtit quam illa quæ ſuperuenit: vt loco antè cit. Galenus docet.

Differunt autem ijdem motus inter ſe primum, quia quod ex reſpiratione vni cordi præſtatur, id ex pulſu toti corpori impenditur: videlicet refrigeratio, & natiui caloris cuſtodia, fuliginumq; depulſio. Secundò, quia minus neceſſarius eſt E cordi, & cuilibet alteri membro arteriarum pulſus, quam cordi reſpiratio: poterunt enim brachiorum arteriæ diu religatæ eſſe & abſq; pulſu citra noxam non tamen cor ſine pulmonum afflatu: videlicet vt cæteræ partes animantium minori indigent calore; ita minus eis nocet intermiſſio actionis ad tuendum calorẽ deſtinatæ. Tertiò, quia pulſus præcipuè obſeruit ad deferendum ſpiritum calorem; reſpiratio verò ad caloris refrigeratio-

rationem, & ad torridum, noxiumq; vaporem è cordis ventriculis excludendum. Quartò, quia multo frequentior eſt pulſus, quã reſpiratio. Cuius rei cauſa eſt, quòd tanta in pulmonum aeris copia ſimul infertur, vt vnus inſpirandi actus multis cordis attractationibus ſufficiant. Nec ſine tam copioſo aeris in pulmonum influxu poſſent animantes vocem edere: quãdoquidem vox ſuſpenſionẽ exſpirationis depoſcit; quæ ſuſpenſio abſque multi aeris intus collecti beneficio non datur. Quintò, quia pulſus actio omnino naturalis eſt, nulloq; pacto arbitratui ſubdita; reſpiratio autem aliquo modo voluntaria cenſetur, ad modum ſuperius explicatum.

Solutio problematum, ad ea, quæ proximis diſceptationibus concluſa ſunt, pertinentium. Caput VII.

PRoximum eſt, vt ijs, quæ de re præſenti ſeſe offerunt, problematis occurramus. Primum ſit. Quamobrẽ motus cordis cœleſtium ſphærarum conuerſioni aſſimilis perhibetur? Reſponſio. Quia vt à motu cœleſti communes ſub lunarium corporum actiones pendent: ità à motu cordis reliquorum membrorum functiones, proximè aut remotè, ortum habent; vel ea ſaltem ratione, ꝙ abſque natiui caloris ope neutiquam adminiſtrãtur. Eſt & alia conuenientia, quòd vt cœli motus perennis eſt, ita & cordis pulſatio: niſi quòd ille continuitatem ſeruat, hæc quietis morulas, de quibus ſupra diximus, interponit. Lege D. Thom. opuſc. 35. qui de motu cordis inſcribitur.

Mot' cordis nõ eſt ſimplex. 2 Eſtne motus cordis vnus ſimplexque an compoſitus? Reſp. Fieri nequit vt vnus ſit, qui è duob. inter ſe pugnantibus, videlicet pulſu & tractu, ſeu ſyſtole & diaſtole, id eſt, dilatatione, & contractione conſtat, atque interiectã quietem habet. Nec obſtat, quòd natura, quæ ad vnum definita eſt, minimè videatur poſſe ad diuerſos motus inclinare.

A Hi enim motus ita ſunt diuerſi, vt unã circuitionem, id eſt, motum corporis ab eodem ad idem pũctum in orbem redeuntis, imitentur. Similiter pronunciandum de arteriarum pulſu, & de reſpiratione: videlicet, quemlibet horum motuum non vnum eſſe. Vnde Galenus 4. de differ. pulſ. [nõ perperã, inquit, Zeno quendam motũ ait eſſe pulſum, nõ ſimplicem, neque vniformem, cùm ex con-
B trarijs motibus conſtet, vt motus reſpirationis.

3 Quanam vi exempto corde ab animali vterque ſinus cordis aliquãdiu pulſat? Reſp. Propter feruorem ſanguinis, & ſpirituum: nec enim hi vt primum ab anima deſtituuntur, confeſtim reſtinguuntur, aut refrigerantur. Cor exemptum aliquandiu pulſat.

4 Si diaphragma, & pulmones poſtquam eleuati fuere, ſuopte pondere ad eundem ſtatum regredi & cõcidere poſ-
C ſunt, quia corpora ſunt grauitate prædita; cur expiratio, q̃ fit collabentibus in ſe pulmonibus, virtuti aĩæ mouẽtis attribuẽda erit? Reſp. Cum ipſa quoq; expiratio arbitratu noſtro, nunc maiori, nunc minori, vt fiat; ſiquidem maiori conatu aerem efflant qui clamant, quã qui ſubmiſſa loquuntur voce: haud dubiè concedendum erit, ipſam quoque talium membrorum depreſſionem à motrice a-
D nimæ facultate, diaphragmati, & pulmonibus inſidente oriri. Quare Galenus in lib. de reſpir. cauſis, duplices tradit muſculos; alios reſpirationi obeundæ à natura datos. Motus autẽ, qui à ſola membrorum grauitate manat, muſculos non curat, vt luce clarius eſt.

5 Cur ſaltem cordis, & arteriarum contractio, quæ omnino naturalis eſt, non erit ab inſita grauitate? Reſp. Etiam motus, quo arteriæ & cor de primitur,
E operatio eſt maximè vitalis, valdeque neceſſaria ad tuendam vitam, vt ex dictis conſtat: ac proinde oriri debuit ab anima, cui incumbit, viuentium ſaluti, & incolumitati conſulere. Non proficiſci verò à grauitate, vel illud argumento eſt, quòd cum multæ ſubſunt fuligines, quæ depreſſionis motum retardare deberent, tunc cor, & arteriæ maiori impetu ſeſe contrahunt, videlicet procurante id anima interuentu motricis virtutis,

tutis, ad excernendam fumeam materiam, quæ calorem ſuffocat. Procurante inquam, non ex notitia, qua præſentem agnoſcat neceſſitatem, vt quidam ætatis noſtræ Philoſophus in comment. ad cap 36. artis medicæ tradidit (nec enim cordis, & arteriarum motus cognitione dirigitur) ſed ex naturali inclinatione, & quaſi inſtinctu ab ipſo autore naturæ ingenito, quo potentiæ etiam vegetatrices, actiones merè naturales, prout rei neceſſitas, aut opportunitas expoſcit, attemperatè conſueuerunt.

6 Vter è duobus motibus antecedit in reſpiratione & pulſu, diſtenſione an contractio? Reſpon. Non conſentiunt hac in re Philoſophi. Videtur tamen probabilior eorum ſententia, qui diſtenſionem priorem faciunt: nec enim cur vel arteriæ formantur cum aere, quem illico excludant, antequam recentem introrſus aduocent. Certè inſpirationem expirationi præire, conceptis uerbis docet Ariſtotelis hoc in lib. cap. 2. probatque ex eo, quia cum morientia poſtremò expirent, oportet inſpirationem vicem ſubire principij, id eſt, vitam ab inſpiratione inchoari; eſt enim conſentaneum, vt eius beneficio animantes vitam auſpicentur, cuius contrario moriuntur.

7 Quid cauſæ eſt, cur hominũ quidam diutius quàm alij, ſpiritum in aqua contineant? Reſp. Quia ampliores habent pulmones, magiſque fiſtuloſos: quorum proinde cauitate plus aeris excipiunt ad refrigerandum cor.

8 Quamobrem hauſto vberiori alimento remiſſior eſt in ſomnis cordis, & arteriarum dilatatio, quàm contractio depreſſiove? Reſp. Quia tunc introrſum ſe conferente natiuo calore, eoque circa ventriculum, & alia viſcera, vbi cibi excoquuntur, collecto, neceſſum eſt multam gigni fuliginem, quæ maiorem exinanitionem poſcit; contractio autem ad id potiſſimum obſeruit: ſiquidem dum venæ & cor in ſe concidũt, interceptum aerem vna cum recrementis explodunt. Itaque vbi plura ſuppetunt excrementa, ibi maior vehementiorque ad ea excutienda depreſſio datur.

9 Cur pueri quàm puberes plus & crebrius reſpirant? Reſp. Tum quia plus in ſe cohibent innati calidi, ſemper autem caloris magnitudinem ſequitur reſpiratus frequentia: tum quia eorum ſpiritus ampliorem aerem deſiderat, eò quòd dum gignitur, multum effert excrementi fuliginoſi, ob alimenti copiam, quam exequuntur. Senibus autem, cum frigidiores ſint, conſequens eſt, vt minor & rarior quàm cæteris contingat reſpiratio. Quæ etiam communis cauſa eſt, cur in balneis, hypocauſtis, & calidis regionibus, maior denſiorque ſit reſpiratio: in frigidis verò locis ſecus res habeat. Lege Ariſtotelem in lib. de Vita, & morte, cap. 2.

10 Cur à cibo parùm, hoc eſt minori aeris copia, frequentes tamen reſpiramus? Reſpon. Quia tunc propter ventriculi dilatationem arctior patet ſpiritui tranſitus per thoracem; ſed reſpiratus paruitatem aſſiduitatis ope compenſamus.

11 Cur qui ſe multo cibo ingurgitarunt, pulſum maiorem, reſpirationem minorem edunt? Reſp. Quia tunc aeris minus alliciunt, ob cauſam paulò antè adductam; & tamen aucto cordis calore, & viribus ex cibo, maior ſubſequitur, & cordis, & arteriarum commotio.

IN

IN LIBRVM DE IVVENTVTE, ET SENECTVTE.

Varia ætatum diſcrimina. *Caput Primum.*

DIſcretio ætatum, de quibus Ariſtoteles hoc in libro agit, aſſignari conſueuit à Philoſophis ex mutatione calidi & humidi, quibus animantium vita continetur. Quæ tamen mutatio non quælibet, ſed inſignis eſſe debet. Igitur ſecundum hanc notionem tria ætatum diſcrimina conſtituuntur, pueritia, iuuentus ſeu florida ætas, & ſenectus. Ad pueritiam pertinet calidum & humidum affluens ac copioſum: ad iuuentutem calidum & humidum apprimè temperamentum: ad ſenectutem calidum & humidum iam diminutum, & in occaſum vergens. Ita licèt vita ſenum in calido & humido, ut communis omnium animantium uiuendi ratio, conſiſtat; ſuperiorum tamen ætatum comparatione ſenectus frigida & ſicca iudicetur.

Quod animantium uita hoc ordine graduque temperamenta decurrat, non difficilè quiuis intelliget. Etenim cùm fœtus è ſemine & ſanguine, in quibus larga humoris & caliditatis copia urget, coaleſcant; fit inde conſequens, ut eorum membra à prima uitæ ingreſſione humido calidoque abundent. Et quidem quod ad humorem attinet, id etiam ſenſus iudicium commonſtrant; infantis enim caro flaccida, humidaque tactu dignoſcitur. De Calore autem id palam docuit Galenus 8 de plac. Plat. & Hipp. & ante illum Hippocrates, tum. 1. A ho. 14 tum lib. 1. de Nat. hum. cap. 12. dum hominem prima die calidiſſimum ſtatuit: quod nos etiam 1. de Ortu & interitu varijs in id adductis rationibus comprobabimus. Quia verò calor continenter carpit hu-

A midum, & ipſe agendo atteritur & langueſcit: neceſſariò, cùm ad extremam vitæ partem deuentum fuerit, corpus frigidum erit, exeſaque ac diſſipata humidi primigenij ſubſtantia. Vnde etiam patet, quod inter hæc extrema ſitum eſt tempus, id humoris & ſiccitatis medio potiri: non quaſi abſolutam & ad punctum exactam obtineat temperiem; ſed maximam, quæ ætatum decurſu contingit, quatenus florida ætas, nec vt ſenium B inareſcit, nec vt infantia humore nimio affluit.

Diuiduntur etiam hæ tres ætates in alias minutiores. Nimirum prima ætas, quæ anno ferè quinto & vigeſimo terminatur, in infantiam, pueritiam, pubertatem, & adoleſcentiam; cui paulò antè totius huiuſce decurſus appellationem dedimus. Infantia ad tertium, quartúmve annum extenditur: hinc pueritia ad decimum: hinc pubertas ad decimum o- C ctauum; inde ad vigeſimum quintū adoleſcentia. Aetas media diſtribuitur in iuuentutem & virilem ætatem. Iuuentus à vigeſimo quinto ad trigeſimum quintum aut quadrageſimum porrigitur: inde virilis ætas ad annum quinquageſimum excurrit. Tertia ætas continet primam & vltimam ſenectutem. Senectus prima à quinquageſimo ad quintum & ſexageſimum protenditur: vltima ſeu decrepita ſenectus vitam claudit.

D Solon Athenienſium legiſlator, teſte Philone Alexandrino in li. de Mundi opificio. Hippocrates, & pleriq; alij, ſeptem tantummodo ætates conſtituunt. Partiūtur enim primam ætatem in infantiam, pueritiam, & adoleſcentiam: attribuuntque infantiæ ſeptem priores annos totidem pueritiæ, reliquos vſque ad vigeſimum

mum

num quintum adoleſcentiæ, inde reliquum vitæ tempus eo ætatum & annorum numero, quem ante retulimus, dimetiuntur. Eſt autem ſiue hæc, ſiue illa ætatum deſcriptio, ordinaria & frequentior; non tamen vſque adeo certa, vt aliquando hominum vita pro innati temperamenti, & regionum aliarumq; cauſarum extrinſecùs incidentiū varietate, non alios interdum limites & diſcrimina ſortiatur: præterquam quòd pleroſque ante ſenium, multos ante floridam ætatem, non paucos in ipſo vitæ limine & ab vbere matrum aufert atra dies, & funere mergit acerbo.

Conſule Galenum 3 Aphoriſ. 27.

Ætatum conſideratio ſecundùm Aſtrologos, Pythagorã, alioſq; Philoſophos. Caput II.

Pvtant verò Aſtrologi, vt videre eſt apud Proclum in lib. de Anima & dæmone, ſingulis ætatibus præeſſe vnum Planetam, ob peculiarem influxum Infantiæ Lunam; pueritiæ Mercurium: adoleſcentiæ Venerem: iuuentuti Solem: virili ætati Martem: ſenili Iouem: decrepitæ Saturnum. Huiuſce dominij cauſam & rationem ſic explicant. Luna, inquiũt, primam illam infantiæ teneritudinem blãdo quodam officio permulcet, & benigno vberiq́ue humore fouet: Mercurius pueritiam ad luſiones, ſermonem, & diſciplinas afflatu ſuo promouet: Venus adoleſcentiam accendit: Sol iuuentuti vigorem addit, & ad altiora erigit: Mars virili ætati animoſitatem affert, & pugnandi ſtudium excitat. Iupiter ſenectuti grauitatem & maturam benignitatem indit: Saturnus decrepitæ ætati fragilitatem & moroſitatem. Aiunt etiam decrepitos ſenes quia propter virium & iudicij imbecillitatem propemodum ad infantiam, tanquam à calce ad carcerem regrediuntur, iterum Lunæ dominio ſubjci. Verùm quid in ſe veritatis contineant hæc Aſtrologorum effata, in libris* de cœlo copioſè diſſeruimus.

Qui planetæ quibus præſint ætatibus ſecũdum Aſtrologos.

* liu. 2. ca. 3 q. 9.

Circumfertur etiam alia ætatum conſideratio ex Pythagora, qui vitam in pueritiam, iuuentutem, virilem ætatem, & ſenectam, diuiſit: & hanc quadripartitam varietatem cum quatuor anni temporibus proportione quadam contulit, aiens Pueritiam Veri aſſimilem eſſe, in quo omnia virent, & humoris vbertate adoleſcunt: Iuuentutem Aeſtati, propter animi robur, & quo corpora pollent, & quaſi efflorefcunt: Virilem ætatem Autumno, quòd tunc poſt varia ſuperioris vitę pericula cuin'que ingenij dotibus, tanquã naturæ fructibus, accedat tempeſtiuitas, & ſua quædam maturitas: Senectutem Hyemi gelidæ & moleſtæ, qualis eſſe extrema ætas conſueuit. Lege D. Damaſcenum lib. 1 Parall. & Philonem in lib. de mundi opif. vbi ex Solone legiſlatore Atheni enſium ea, quæ ſingulis ætatibus attribuuntur, per ſeptenarios exponunt.

Diſſolutio problematum, ad hominum ætates ſpectantium. Caput III.

Seqvitur explicatio problematum, quę hominum ætates, de quibus paulo antè diſſeruimus, concernunt. Primum ſit: Cur infantes, qui ſeptimo menſe in lucem veniũt, viuere poſſunt: qui octauo nequeunt; ſed vt plurimùm (quod longa experientia compertum eſt) confeſtim moriuntur? Reſp. Non parua de hac re inter Philoſophos & Medicos diſceptatio eſt. Philo Iudæus lib. 1. allegor. & Aphrodiſæus lib. 2. probl. quæſt. 44. eius rei cauſam referunt ad myſteria, & occultam vim numeri ſeptenarij, de quo inibi multa prædicant. Eſtq́ue hæc ſententia admodum conſentanea doctrinæ Hippocratis in lib. de Septimeſtri partu, vbi docet, quemadmodum morbi dies, ita partuum menſes criticos ſeu iudicatorios habere; & ad prodeundum in lucem idoneos ac fauorabiles, aut contrà. Hos autem conſtat non quoſlibet, ſed definitos ac certos eſſe; videlicet ſeptimum & nonum, qui ordinarius eſt. Ait tamen Plinius lib. 7. cap. 5. repertos fuiſſe in Italia octimeſtres partus vitales, contra priſcorum opinionem. Quos etiam in Aegypto aliquando inueniri ſcripſerat Ariſtoteles lib. 7 de Hiſt. anim. cap. 4. Huius rei, quæ Medicorum propria eſt, vberiorem explicationem lege apud Valleſium

lib.

A lib.2.Controuer Medic.& Philoſ.Leuinum lib.4.de Occul.nat.mirac.cap.23. Valleriolam lib 3 Enar.Medic.7 Plutarchum lib.5.de Placit.cap.18. Vide quoque ſi placet, quæ lib.2.de Cælo,cap 3. q.1.art.2.ſcripſimus, vbi ex Aſtrologicũ diſciplina aliter propoſitam quæſtionem ſoluimus.

2. Cur infantibus naturales actiones validæ ſunt, animales admodum infirmæ: ſiquidem affluenter nutriuntur & creſcunt, ægrè ſentiunt, & nec moueri nec ſtare firmiter valent? Reſ. Quia functiones naturales adminiſtrantur calore natiuo, quo prima ætas circumfluit. Operationes verò animales egent ſpiritibus ſenſitiuis, qui in cerebro perficiuntur: at infantes cerebrum habẽt admodum imbecillum, & ad id muneris ineptum. In homine enim capitis os poſterius omnibus alijs oſſibus concreſcit conformaturq́; : vt docet Galenus in lib.de Format.fœtus. Vnde eſt, quod caluaria iuxta ſyncipur adeò infantibus tenera & infirma eſt, vt in recens editis celebri motus non ſolum tactu, ſed viſu etiam deprehendatur. Accedit, quod nimia humiditas, qua ſenſuum officinæ primo ætatis ingreſſu ſcatent, ſenſitrices facultates obtundit, nec eas ſuis muneribus perfectè defungi ſinit.

3. Cur pueri matutinꝰ ſapientes, aut vitales non ſunt, aut (quod probauit experientia) cum ad maturam ætatem acceſſerint, minus prudentes euadunt? Vnde Plinius lib.7.ca.51.refert, Catonem Cẽſorium velut ex oraculo prædixiſſe, ſenilem iuuentam præmaturæ mortis ſignũ eſſe. Et apud Senecam lib. Controuer.1. Ceſtius de ingenio Alfij Flauij prædicat tam maturæ magnum ingenium nõ eſſe vitale. Itaque iam illud prouerbij loco celebratur [Odi pueros præcoci ſapientia.] Reſp. Idcirco pueri primæ ætatis ingreſſu rationis vſum impeditum habẽt, quia multo, vt diximus abundant humore, e quo excitata nebula internorum ſenſuum functiones aut omnino impedit, aut interturbat. Hinc qui præmaturè ſapiunt, intempeſtiuam cerebri ſiccitatẽ indicant: quæ ſiccitas cum progreſſu temporis excreuerit, aut ita organum diſſoluit, vt mortem afferat; aut ita vitiat, vt ad perſoluenda internorum ſenſuum munia, e quibus intelligentiæ vis dependet, inutile, & ineptum ſit.

4. Potuiſſent ne primi humani generis parentes eſu fructuum vitalis arboris iuuentutis florẽ perpetuò retinere? Reſp. Scotus in 2.diſt.19. q.1.credidit, vitalẽ arborem non habuiſſe vim, conſeruandi perpetuo iuuentutem aut vitam, ſed dũtaxat ad longiſſimum aliquod tempus: quia cum omne agens phyſicum agen-
B do repatiatur & debilitetur, neceſſario calor naturalis hominis agendo in cibum paulatim degeneraret, nec ad priorem ſtatum in infinitum reſtitui poſſet; cum finitæ cauſæ infinitus effectus eſſe nequeat. Oppoſitum, quod veriſimilius eſt aſſerit D. Aug.lib 13.de Ciuit. Dei, cap. 20 & 23. aiens, hominem, niſi peccaſſet, eſu ligni vitæ & à neceſſitate moriendi liberandum, & in flore iuuentutis perpetuò conſeruandum fuiſſe. Eadem vide-
C tur eſſe ſentẽtia D. Chryſoſt. hom 18. in Geneſ. & Ruperti 3 de Trinit. ca.30 cui adſtipulantur verba illa tertij capitis Geneſeos [ne fortè mittat manum ſuam & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternũ] Nec ratio Scoti vim habet: quia ligni vitæ eſus caloris diſpendia ex æquo reſarciret; nec verò id præſtãdo produceret effectum infinitum, id eſt, infinitæ perfectionis, vt patet; aut etiam infinite duraturũ; quaſi vna eius
D comeſtio deberet ſufficere ad propogãdam vitã in ſempiternum tempus: oporteret enim ad id progreſſu ætatum alijs & alijs pomis veſci, vt monet S. Thomas 1 part.q.97 art.vlt. Si autem quæras, quonam pacto id poma illa potuiſſent præſtare? dicendum, fuiſſe eis inditã à Deo qualitatem quandam, ſiue ſupernaturalẽ: vt credit D. Auguſtinus lib.8 de Geneſi ad lit. cap. 5. & lib. 11. ejuſdem operis, cap.40. & D. Bonauentura in 2. diſt.
E 17. Siue, quòd probabilius eſt, naturalem: vt Strabus, Hugo de S. Victore, & D Thomas videntur opinari: quæ qualitas altricem facultatem, omneſque eius adminiſtras, videlicet coctricem, attractricem expultricem, & alias quæ circa cibum negotiantur) a quarum deinde miniſterijs, & opera cæteræ corporis potentiæ dependent, ita corroboraret &

De hacre Richard. in 2.d.19. q. 2. circa 2. pri. ſ é auctor q. veteris & noui teſtamẽti.q.17 Abul. de. 2.Gen.q. 10.

D defen-

defenderet, vt neque actione cibi, neque alterius externæ cauſæ occurſu infringerentur aut fatiſcerent: tueretur etiam primores parentes, quandiu præceptū diuinū minimè violaſſent, ab omnibus noxijs rebus, & incommodis extrinſecus incidentibus, tum propria ipſorū cura, tum maximè diuina prouidentia: quibus adminiculis potuiſſent in infinitas ſeculorum ætates vitam extendere, ſed enim è terris in cælum ad beatiorē vitam fuiſſent traducendi.

Senectus putredo quædam.

5. Cur qui eminentiora loca libero cœlo incolunt, tardiùs ſeneſcunt; qui autem curua & paluſtria, citiùs? Re. Quia, vt docet Ariſtoteles ſect. 14. probl. quæſt. 97. ſenectus putredo quædam eſt: putreſcit autem quod quieſcit, non quod mouetur; vt aqua concluſa. Igitur vt locis editis aer afflante vndiq; ſpiritu agitur, & alius ſuccedit; ita cauis manet immotus, proindeq; minus ſyncerus: quo fit, vt hic ocyus; illic tardius corpora marceſcant.

6. Quodnam temperamentum ad ſenectutem ſeriùs ducit? Reſp. Sanguineum, quia abūdat calido & humido: multus verò calor copioſè reponit, humidum affluens ægrè diſſipatur: non ſeneſcimus autem, niſi areſcente humido, frigeſcente calido.

7. Cur ſenes timidi ſunt, incurui, tremuli? Reſp. Cū extrema ætas frigida ſit; & magna ex parte deſtituta calore, qui animoſitatem parit, & hominis corpus in rectam ſtaturam excitat, ac membra ſuſtinet: conſequens fit vt ſenes cuncta pertimeſcant, curuentur, tremant.

Senes ſuſpicioſi.

8. Cur ſuſpicioſi ſunt? Reſp. Sunt, inquit Ariſt. 2. Rhet. c. 13 [ſuſpicioſi ſenes, qm̄ increduli: increduli verò, quia experti:] hoc eſt quia longo rerum vſu didicerunt, quantum peruerſitatis fraudisq; in hominum dictis & factis lateat. Vnde quæ vident, in ſiniſtram partem non rarò accipiūt: ideoque, vt ibi Ariſtoteles ait, neque amant, neque oderūt nimium; ſed, ſecundum Biantis præceptum, & amāt vt oſuri, & oderunt vt amaturi. Tum præterea nihil affirmant, niſi cum temperamēto, [fortaſſis.] Quare & in rebus agendis non aliter eis, quàm pro enunciatis demonſtratione concluſis, aſſentiendum eſſe, commonet Ariſtoteles 6. Ethic. c. 11.

Senes illiberales.

9. Cur illiberales ſunt? Reſpon. Tum quia viuere peroptant, & icciro ea quæ vitæ neceſſaria ſunt ægrè dimmittunt: tum quia compertum habent, quàm ſit difficilis rerum acquiſitio, quam facilis iactura. Ariſtoteles 2. Rhet. c. 13.

10 Quæ ſunt ea, quæ ſenilem grauitatem maxime decent? Reſp. Vt ait auctor lib. de duodecim abuſibus c. 1. duæ ſunt particulæ homini cauendæ, quę in eo nō obſoleſcunt, & ad flagitia trahunt: Cor videlicet, & linguæ; quia cor nouas machinari cogitationes non definit: lingua impigrè loquitur, quæcunque cor machinari ſenſerit. Caueat ergo ſenilis ætas, ne iſtæ iuueneſcentes particulæ totam ſui harmoniam decipiant, & per res ineptas reliquam corporis grauitatem illudant. Vnicuique enim conſiderandū eſt quid ætate eminenti dignum ſit, vt hoc agat, quod nec vitam, nec ætatem, nec miniſterium vile reddat. Debet proinde ſenectus anteactæ vitæ parcus eſſe, non naufragium.

DE DENTIBVS.

Quæ ſit eorum materia, ortus, finis, varietas? Caput IIII.

QVoniam de ætatibus diſſeruimus, non erit ab inſtituto alienum, de dentibus & capillis, quæ duo ætates comitātur, & cū eis mutationem ſubeūt, in præſentia diſputare. Primùm, quod ad dētium materiā attinet, ſciendū ex Ariſtotelis doctrina 2. de Gen. anim. cap. 4 eos eiuſdē naturæ eſſe cuius oſſa, & ex eadē materia coagmentari: quæ materia craſſior eſt & aridior, quàm ea ex qua nerui & cartilagines, aliaque eiuſmodi componuntur. Hoc tamen inter reliqua oſſa peculiare habent dentes, quòd ſoli, docente Ariſtotele loco citato ta fere vita creſcunt: vt videre eſt in ijs dentibus, qui tactum mutuum declināt. Id verò propterea natura machinata eſt vt fungi officio ſuo poſſunt: breui enim tempore contrario occurſu & attritu conſumerentur, niſi aliunde diſpēdium reſarcirent.

Dentium materia.

Inci-

Ortus dē tium.

Incipiunt autem dentes è mandibulis A
emergere ordinarie poſt ſeptem mēſes.
Deinde poſt ſeptimum annum, qui pri-
mi emerſerant decidunt, & in eorum lo
cum alij ad ſolidum cibū aptiores ſubro
gantur. Redeunt verò qui per id tempus
decidunt; quia, vt docet Ariſtoteles 5. de
gener. anim. cap. 8 in oſſe adhuc naſcen-
te oriuntur, & dum adhuc ad eorum ge
nerationem tempus idoneum eſt. Nul ſi
tamen animal ordinariè maxillares per-
mutat, teſte eodem Ariſtot. 2. de Hiſ. B
anim. cap. 1.

Dentium numerus

Habemus porrò dentes ferè triginta
duos rarò plures; pauciores nonnunquā
quorum multitudine longiora promit-
ti vitæ ſpacia, quidam putant. Vno ordi-
ne in vtraque maxilla ſexdecim continen
tur, ſinguli ſingulis alueolis infixi. Parte
anteriori ij, quos primores, & inciſorios
nuncupant, vtrinque quaterni acuti, vt
poſſint incidere; vltra hos ſunt canini
vtrinque duo, ad inferiorem baſim lati, C
ſuperiori parte acuti; vt ſi quid propter
duritiem ab inciſorijs minus ſcindi po-
tuit, id ipſi confringant. Sequuntur dein
de maxillares dicti, vtrinque quaterni,
aſperi latique, prædurі ac magni; vt inci-
ſa ab inciſorijs, & fracta, a caninis, peni-
tus leuigare ac terere queāt. Ex his duo
vel tres vltimi & intimi, genuini vocan-
tur, qui circiter vigeſimum annum gi-
gnuntur, nonnullis admodum ſerò, etiā
octogeſimo anno, vt refert Ariſtoteles 2. D
de Hiſtor. anim. cap. 4. Primores & cani-
ni vnica radice nituntur: maxillares bi-
nis aut ternis quaterniſve: atque inferio
res vna minus, quam ſuperiores. Omnes
verò in ſuis cauitatibus, præſertim circa
radices, utraque gena inſertis neruis ual
de conſtringit, ne facilè concutiantur.
Sunt & alia dentium diſcrimina in ani-
mantibus Quidam ſerrati, alij cōtigui,
alij exſerti. Serrati pectinatim coeuntes,
ne contra ſe occurſu atterantur; ut ſer- E
pentibus, piſcibus, canibus, mārichoris,
quæ triplici dentiū ordine prædita ſunt:
contigui; vt homini & equo: exſerti; vt
apro, elephanto.

Finalis cauſa dentium.

Quod attinet ad finem, cuius gratia
dentes à natura dati ſunt, dicendum: tri
buiſſe eos naturam animantibus, com-
muni quidem officio ad cōficiendum ci-
A bum, priuatim, verò quibuſdam etiam
ad alia munia vt homini ad ſermonem:
quippe vocis ſermoniſque regimen pri-
mores tenent, dum concentu quodam
ictum linguæ excipiunt; vnde cum deflu
xere, diſtinctionem explanationemque
adimunt. Multis etiam belluis ad pu-
gnam dati ſunt; vt apris & elephantis.
Lege Ariſtotelem 3 de part. anim. cap. 1.
Galenum lib. 11. de Vſu part.

B

Solutio problematum, quæ ad dentes pertinent. Caput V.

OCcurremus nunc aliquot proble-
matis, quæ in conſideratione den-
tium ſe offerunt. Primum eſt: Cur den-
tes canini inter primores & maxillares
ſiti ſunt? Reſp. quia canini inter primo-
res & maxillares mediam naturam ſor-
tiuntur: quatenus & acuti ſunt, vt primo-
C res; & lati, vt maxillares.

2 Cum leones, canes, lupi, vtrinq; mul-
tos habeant caninos dentes, cur homo
binos tantum parte vtraq; obtinet? Reſ.
Quia, vt Galenus 11 de Vſu par. 9. ait,
cogitauit natura in hominis procreatio-
ne, ſe animal ciuile atq; manſuetum ef-
fingere, cui robur ac uires eſſent ex ſa-
pientia, non corporis fortitudine: proin-
de è caninis dentibus non multos dedit,
quaſi ad pugnam: ſed quī ad comminuē-
D dum cibum, modo ſuperius explicato,
ſat eſſent.

3 Quā ob cauſam in extrema ætate ra-
riores fiunt dentes, qui antea compactio-
res fuerant? Reſp. Quia cum à radice exi
liores ſint, ad faſtigium latiores, conti-
nuaque attritione abſumantur, exſicca-
ta etiam exeſaq; ad imum carne; neceſ-
ſe eſt plus ab ſe inuicem diſtent.

4 Quamobrem in ſenectute dentes la-
buntur? Reſp. Vel humoris defectu, ſicu
E ti arborum folia: vel ob nimium humo-
rem excrementitium; eius ætatis pro-
prium, qui calorem ſuffocat. Decidunt
etiam non rarò exceſſu frigoris, contra-
hentis neruum qui eos implantauit. Pu
treſcunt & in alijs ætatibus, peregrino
calore & humido malè commiſtis, com-
pactionemque ſoluentibus.

5 Si dentes carne firmiores ſolidioriſq;

ſunt, cur frigoris vim amplius quam caro ſentiunt? Reſp. Quia, vt docet Ariſtoteles in probl. ſect. 34 quæſt. 2. dentes tenuibus nituntur infixi meatibus & neruulis; quorum exiguus calor facilè à frigore vincitur, & dolorem facit.

6 Cur nullum cornigerum vtrinq; dentatum eſt, ſed omnia ſaltem primoribus ſuperioris mandibulæ dentibus carent? Reſp. Quia alimentum, quod in eos dentes digerendum diſpenſandumque erat in cornuũ recrementa abſumitur. Quãquam nonnulla reperiuntur, quæ denegante natura ad vtranque materiam, & cornibus carent, & vtrinque dentata non ſunt: vt cameli.

7 Aethiopum dentes candidi ſunt? Reſ. Quia mandibularum calor, quo abundant, exceſtum humorem eis detrahit; quo detracto eximius ille cãdor exiſtit; ſicuti etiam albeſcit cera ſolis calori expoſita. Nec mirum, quòd idem calor cutem nigriorem reddat: non enim is candorem inducit, niſi cum eximit humorem corporibus, quæ ob illius permiſtionem atra ſunt. Vnde carnem, in qua huiuſmodi humoris copiam non abſumit, adurit, & atro colore inficit. Lege Ariſtotelem li. 3. de Hiſt. anim. c. 9. & in Probl. ſect. 10. quæſt. 65, & 66.

DE CAPILLIS.

Quæ ſit eorum materia, ortus, finis? Caput VI.

De hac re Hippocr. in l. de natura pueri & in li. de glandulis.

NVnc de capillis agẽdum: in primiſque materia & generatio ſcrutanda. Aduerte igitur, ſicuti in ſublunari mũdo duplex halituum genus cernitur: quidam humidi & calidi, qui Solis vi è locis humidis excitati, in pluuiam, rorẽ, cæteraq; his ſimilia addenſantur, quos Vapores nuncupant: alij ſicci & calidi quos eadem vis è terræ elemẽto ad ignitarum impreſſionũ materiam excernit, vocanturq; exhalationes, vt in Meteoris expoſuimus: Ita & in homine, qui paruus Mũdus à Philoſophis vocatur, quoſdam ineſſe halitus humidos, qui ad conciliandum ſomnum, aliaq; munia obſeruiunt quoſdã ſiccos, qui in pilos, vngues, vulgas, cornua, & reliqua id genus, pro partium diuerſitate, concreſcunt.

Capillorũ generatio.

Cum igitur fuliginoſa & terrea exhalatio, cutis ſpiramentis impactu, nec facile retrò commeat, nec omnino foras euolat; & hanc alia rurſum è profundo ſubiens ferit, aliaque rurſum & alia a tergo inſtar; complicantur iſtiuſmodi exhalationes, addenſanturq; in minuta corpuſcula, & deinceps perpetuò nouæ fuliginis acceſſu augentur: eaque corpuſcula dicuntur Capilli. Monet verò Ariſt. 2. de Part. anim. cap. 4. capillos, & eorum cognata omnia, quamdiu inſunt tandiu augeri: & tunc magis, cum corpora aut ægrotant, aut ſeneſcunt decreſcuntve; quia vberior excrementi copia remanet, cum minus in partes alias propter ſeniũ, aut morbum inſumitur.

Docet quoque idem Ariſtoteles 2. de part. anim. cap. 14. & ex eo Plinius lib. 11. ca. 37. humanum caput præ alijs plurimo capillo abundare. Quod ita fieri oportuit, tum neceſſitate materiæ, tum præſidij cauſa. Neceſſitate materiæ: quia vbi plurimum humoris calorisq; ineſt, ibi plus ſuppetit excrementi, quod in capilos faceſſat. Nam quod in alijs animantibus nonnunquam nutrimentum eſt, vel in cornua, aut ſetas, aut pilos, veſtiendis ex toto corporibus abit; id homini ſuggeritur ad promittendum capillum integendo capiti. Eſt etiam ea capillorum frequentia adiumento præſidiove, ad muniendum cerebrum: nam cum id in homine proportione maximum & humidiſſimum ſit, maiorem deſiderat tutelam; propterea quod humidiſſima quæque facilè efferueſcunt, & refrigerãtur. Quibus autem animantibus capilli non ſunt, ijs aliquid capillis proportione reſpondens ingenio naturæ datum fuit: vt auibus pennæ, piſcibus ſquamæ, pectineis aculei.

Capillorũ vtilitas.

Sanè capilli, qui homini genas & mentum veſtiunt, barbamq; efficiunt, multum decoris & ornamẽti pariunt. Vnde illud Theodoreti. Sic eos, qui virilem ætatem ingrediuntur, & pueriles annos tranſierunt, barba exornat, quæ genas ad qua ex parte cum mento inferiori, veſtit. Et primò quidem lanugine florẽt malæ; deinde modicum pilorum velamẽ

eaſdem

eaſdem tegit: vt augumento hoc ætatis diſcrimen doceat, & ipſa vultus figura homini perſuadeat, vt relictis puerilibus ludis ad res ſerias accingantur.] Hæc Theodoretus tom. 2. ſerm. 4 de Prouid. Sunt autem quibus barba in denſam excreſcit, ſũt quibus rara & exilis eſt: quia, vt Gal. explicat. 11. de Vſu part quemadmodum herbæ ac plantæ, quæ ex terra humida & pingui proueniunt, altè creſcunt; quæ verò ex dura aridaque, paruæ, & exigui ſunt incrementi: ita capilli, qui ex humidi ac mollis temperamenti emergunt partibus, latè luxuriãt qui ex partibus naturæ duræ ſiccæque, parui atque exiles euadunt. Porrò è tribus potiſſimùm cauſis barbæ raritas & inopia oritur: nimirum vel ex defectu recrementi: vel ex duritie cutis, quàm exhalatio penetrare nequit; vel ex laxitate pororum, per quos exhalatio confeſtim euolat, nec in pilos addenſatur. Duritiem verò ſeu conſtipationem cutis plerumque frigus laxitatem calor efficit.

De capillorum varietate.
Caput VII.

QVibus cauſis uariè colorentur capilli, declarat Ariſtoteles in lib. de Coloribus: qui liber uidetur ex duobus, quos Ariſtotelem ſcripſiſſe teſtatur Laertius, in unũ coaluiſſe. de eadem re ſcripſit Galenus lib. 2. de Temperam. Nimirum fit capillus niger, cũ deuſto vi caloris uapore recrementum in exactam fuliginem permutatur: flauus, cum vapor minus torretur, eſt enim quod tunc in capillos abit flauæ bilis ſuper fluum: albus verò capillus ex pituita naſcitur: rurſus, ſicuti inter colorem album flauumq; eſt medius ſic ex pituitoſæ biliosæque fæcis media quadam natura prouenit. Aduerte autem, id quod Galenus ait, videlicet candorem capillorum effici à pituita; non repugnare Ariſtoteli, docenti canitiem, vt poſt liquebit; gigni ex humiditate, & ex defectu innati caloris: pituita enim frigida eſt & humida, proindeq; idonea ad candorem, accedente externo calido. Cæterũ non oportet ſemper ex hac materia album colorem capillis innaſci: quamquam is ſemper ob-

A ueniat ex humiditate, & ex inopia caloris innati. Vnde illud vniuerſim pro uero habendum. flauitiem, rufedinem, aliosque colores intermedios, fieri ex media permixtione humidi & frigidi interni, circumfundente ſe calido aſcititio; ita tamen, vt hæc permixtio in quibuſdam magis, in alijs minùs, ad hoc aut illud extremum vergat.

Variantur etiam capilli pro diuerſitate regionum & ætatum: vt oſtendit Ariſtoteles 5. de Gener animal. ca. 3 & Galenus loco cit. Nam qui calidam & ſiccam plagam incolunt, (vt Aethiopes & Arabes) ſiccos & criſpos habent capillos, ac breues: qui humidam frigidamque regionem habitant (vt Illyrij, Germani, Sarmatæ) modicè ductiles, graciles, rectos, & rufos obtinent: quia inter hos temperato, degunt tractu, robuſtos, modicè nigros, mediocriterque craſſos; tum nec prorſus criſpos, nec omnio rectos emittũt. Quod ad ætatẽ ſpectat docent nonnulli Medicorum, ſi cerebrum probè temperatum ſit, gigni ex eo capillum, qui à teneris annis ſit cæſius; pòſt adoleſcẽte ætate rubeſcat, declinetque magis ad nigredinem: vbi uerò cerebrum ipſum calidius fuerit, prouenire ex eo capillum omnino nigrum.

Diuerſitas capillorũ.

Cur autem non ſimplex capillus, ſed intortus ſeu criſpus interdum oriatur, cauſa eſt cõditio materiæ, ſiue exhalationis è qua fit: vt docet Ariſtoteles 5. de Gener. anim. cap. 3 [Si] inquit, [fumoſa eſt præ calore & ſiccitate exhalatio, criſpum efficit capillum, quoniam duplici fertur motu: ſiquidem quod ineſt terreni, deorſum; quod calidi, ſurſum commeat: cumque præ imbecillitate reduci facilè queat, intorquetur: idque in capillis criſpitudo eſt.] Aut certe, quia cùm parum omnino humidi, terreni autem permultum ſubeſt: fit ut ab aere æſtuante contrahantur capilli & conuellantur, quemadmodum cùm igni aduruntur. Galenus etiam lib. 2. de Temper. criſpitudinis cauſas hunc in modum explicat: [Criſpi redduntur capilli, uel propter ſiccitatem temperamenti, quæ illos intorquet (qua ratione Aethiopes criſpi ſũt.) vel propter imbecillitatẽ exhalationis, quæ rectam uiam ſibi moliri non poteſt:

Criſpitudo capillorum.

vel deniq; ob duriorem cutis naturam, quę ipſam exhalationem, etiamſi valida ſit, prohibet rectà ferri, cogitq; vt ad latus ſe inflectat, & obliquum tranſitum paret. A

De Caluitio, & Canitie. Cap. VIII.

De hac re Nip. l. de Na. puer.

CAlui omnium maximè animalium homines conſpicue efficiuntur: docente Ariſtot. lib. 5. de Gener. anim. c. 3. B quamquam ſimiles quædam affectio in alijs etiam fiunt, videlicet in plantis & auibus. Namque plantarum aliæ perpetuò frondis honore vigent, aliæ definito meſſium curriculo frondes exuunt: item ex auibus quædam certo tempore ſeſe abdunt, vt pennas deponant. Talis verò affectus in hominibus caluitium eſt. Ac quemadmodum hyberno tempore plantis euenit; ita hominibus ætate ſeneſcente, quæ humanæ vitæ, quaſi hyems eſt. C

Caluitij cauſa.

Vna verò tam hominibus caluitij quàm plantis & auibus prædictæ iacturæ cauſa eſt, videlicet inopia calidi humoris: hoc enim deficiente inareſcunt omnino capillorum radices, folia pennæ: & diſſoluta compactione, quam humor & calor congruenter miſta præſtabant, ſenſim defluunt. Calueſcimus autem potiſſimum priori capitis parti: quia in eam cerebrum prominet, quòd ſuo frigore calidum illum humorem pellit. Vnde eſt etiam, D quòd homini maximè caluitium accidit: quia videlicet ampliſſimum & humidiſſimum proportione cerebrum habet, vt loco cit. affirmat Ariſtoteles. Addit Macrobius lib. 7. cap. 10. ideò caluitium ab occipitio inchoari, quia hanc partem fecit natura rariorem: quod ex futuris, quæ in caluarijs conſpiciuntur, planum eſt: vt quidquid ſuperflui aut fumei flatus circa cerebrum fuerit, euaneſcat per plures meatus. E

Cur non omnes calueſcant.

Non calueſcunt tamen omnes; ſed tantum magnam ſubeuntes inopiam humidi caloris, qui capillos retinet, ſeruatq́; neque is defectus quouis tempore contigit, ſed potiſſimum ætate iam declinante, & in frigiditatem labente. Quare qui maturius caluitio inſigniuntur, ij ante tempus prædicto calore priuantur.

A Quod ad canitiem attinet, eam docet Ariſtoteles lib. 5. de Gener. anim. c. 5. gigni ab excremento putreſcente: cum enim calor ob ſuam imbecillitatem perlatum ad cutem excrementum, vnde capilli aluntur perfecte decoquere non valet, fit inde vt collectum putreſcat. Albet verò tunc capillus, quia humiditas poſſeſſa ab externo calore ob innati defectum vertitur in flatum: is flatus inter terreum contentus candido imbuitur colore; vt in B carie parietum, cui canities reſpondet. Quod autem canities putredo quædam ac morbus capillorum ſit, illud indicio eſt; quod qui valetudinis vitio præmaturè caneſcunt, vbi iam reualuerunt, calore augeſcente, atque adeò excrementum exactè decoquente, canitiem exuunt. Quod in ſegetibus quoque euenit, quæ locis humilioribus ac prope lacunas, ſub magnis & continuis pluuijs perpalleſcunt: vbi verò calor exſiccauit humidum illud ſuperfluens, tunc propriam C reſumant viriditatem.

Canities vnde obueniat.

Quorundam tamen opinio fuit, canos ex ariditate prouenire: ſiquidem & oſſa albeſcunt excocto humore; & lapides excocti albentem in calcem ſoluuntur: & cera Solis admota feruori candeſcit, defæcatis ab illa humoribus, & terra æſtiuis exſiccata ſolibus albicat. Hæc tamen ſententia non probatur Ariſtoteli loco cit. eamque refellit eo argumento D quod experientia conſtat, capillos opertos citius caneſcere; cum tamen operti minus ſiccentur. Itaque etſi nonnulla corpora exuſta humiditate albeſcant; in capillis tamen alia ratio eſt.

Alia ſententia.

Dilutio problematum, ad capillos ſpectantium. Caput. IX.

E

EXplicemus nunc problemata, quæ circa paulò ante dicta excitari queunt. Primum ſit: Cur tenelli pueri ætatis ingreſſu glabri ſunt? Reſp. Quia cum præcalidi & humidi ſint, nullus adhuc eius meatus in cute eſt, nec fuliginoſum excrementum.

Cur infantes glabri.

2. Cur calidæ aquæ capillum faciũt cãdidum.

didum,frigidę nigrum? Reſp. Quia cali- A
dę plus aeris in ſe cohibent : aer autem pellucens candorem gignit, vt videre eſt in ſpuma.

3. Cur calueſcimus magis à ſyncipite ; caneſcimus magis a temporibus? Reſp. Quia regio illa admodum ſicca eſt, hæc præhumida : a ſiccitate verò defluuium ab humore canities eſt.

4. Cur inter omnes animātes homo ma- B
ximè caneſcit? Reſp. Quia cæteris magna ex parte pili quotannis decidunt;vt equo & boui:aliis etſi non decidant,breuis tamen contingit vita; vt oui : quibus proinde longo decurſu ætatis in ſenio canities non aduenit. Homines autem & longam degūt vitam,& deciduum Capillum non habent.

5. Si ſenibus abundantia humoris capil- C
los in canitiem tingit, cur ſenectus ſicca perhibetur?Reſp.Quia ſicca dicitur,hoc eſt,deſtituta humido innato ; cum alioqui humido aſcititio, & peregrino abundet.

6. Cur capillis detecti tardius, quàm operti caneſcunt? Reſp. Quia canities à putredine eſt: flatus autem putredinem

A prohibet, & operimentum flatum arcet.

7. Quid cauſæ fuiſſe putandum erit,cur quidam metu mortis vnius noctis ſpatio, totus incanuit. Sic enim accidiſſe narrat Scaliger exercit.312 Card [Hiſtoria,] inquit, [noſtræ tempeſtatis eſt, ſub Franciſco Gougaza Mantuæ principe. Is affinem ſuum ſuſpectum coniurationis, cum in turri portæ Cæſareæ ad queſtio-

Qui vnius noctis ſpatio totus incanuit.

B nem,aut ſupplicium ſeruari iuſſiſſet,nūciatum eſt manè totum repentè canum factū. Quod quaſi prodigium flexit principis animum,qui ei propterea & veniæ & vitæ fecit gratiam : Reſp. Subita illa canities orta videtur ex retractione caloris,quam metus vehementia induxit: ſicuti & in his qui ſeneſcunt, canities ex defectu caloris prouenit,ad modum ſu-

C perius explicatum.

8. Cur in equo præ alijs brutis animantibus canities apparet?Reſ. Quia equus, vt affirmat Ariſtoteles 5. de Gener. anim. cap. 5. os,quo cerebrum continetur, tenuius pro magnitudine, quam cætera bruta animalia,obtinet:quo fit, vt facilè humor effluat,& per ætatem calor deficiat,vnde canities oritur.

IN LIBRVM DE VITA ET MORTE.

Quidnam ſit vita. Caput I.

PLacuit libr.de vita & morte,& de longitudine ac breuitate vitæ,ad diſciplinæ commoditatem diſtinctionemq́; inter ſe diſtīguere eo modo,qui progreſſu patebit. Ea vt a Vita ordiamur,ſic eam definitij Ariſtoteles in li. de Reſpiratione:[Vita eſt permanſio animę vegetatricis cum calore,] Ad cuius definitionis intelligentiam aduerte in primis, non definiri & explicari in ea vitam in toto ambitu;ſed eam tātum,quę corporibus conuenit : cūm alioqui etiam

Vitæ definitio.

D ſubſtantijs ſeparatis vitæ notio propriè conueniat.Licet verò multi ſint corporum viuentium gradus, nempe intelligens, ſentiens, loco mouens,vegetans : Ariſtoteles tamen per hunc poſtremum gradum vitam definijt, quia nullum ſit corpus vita prædituum, quod eo careat. Quo fit, vt prædicta definitio communē omnium viuentium vitam comprehendat. Secundò aduerte, vitam rerum corpore conſtantium tripliciter accipi : vno modo pro anima ipſa, quæ vitalium functionum origo & fons eſt ; diciturq́; vita eſſentialis, vtpore eſſentiam rei viuentis

Vitam tribus modis accipi.

partiatim conſtituens; ſicq; in lib. de motu cordis, definitur vita [principium actus animæ.] Secundò, pro exiſtentia animæ in corpore. Tertiò, pro ipſis vitæ functionibus; vt pro nutritione, accretione, ſenſione: quo pacto vita à D. Bernardo in lib. de Libero arbitrio & gratia dicitur [internus & naturalis motus.] Igitur vita in prædicta definitione non ſumitur primo modo, vt conſtat: quis. n. dicat animam eſſe permanſionem ſui ipſius in corpore? Poteſt autem vel ſecundo, vel tertio modo accipi. Si ſecundo, erit definitionis ſenſus formalis: ſi tertio cauſalis: ac ſi diceremus, vitam ſiue operationem vitalem eſſe permanſionem, hoc eſt, proficiſci ex permanſione vegetatricis animæ in corpore, quod ab ea informatur.

Vita in calore.

Porrò autem licet vita abſq; primarũ qualitatum, caloris, frigoris, humoris, & ſiccitatis permixtione neutiquã poſſit conſiſtere; peculiariter tamen in calore ſita eſſe perhibetur: teſte Ariſt. in li. de Lõgit. & breu. vitæ; & in probl. ſect. 14 q. 18. quia anima tandiu corpus informat, quandiu in eo vitæ munia obire poteſt: præcipuus verò adminiſter vitalium functionum eſt calor. Quoniam verò huiuſce caloris pabulum humiditas eſt, dicitur vita tum ab Ariſtot. locis cit. tum ab alijs Philoſophis in calido & humido conſiſtere; hoc eſt, a calore & humiditate in corpore coalitis, per ſe ac potiſſimũ dependere. Quod tamen non de quouis calore, etiam peregrino & aſcititio, intelligi debet; ſed de interno, & pro cuiuſque membri natura & conditione per totum corpus diffuſo. Eſſe verò hunc calorem primarium vitæ inſtrumentum, inde cõſtat, quia eius præſentia & temperatione fouentur artus, & incolumitatẽ ſeruant, ac ſuo munere probè funguntur; eiuſdẽ abſceſſu torpẽt iacentq; exanimes. Eget autem calor hic vin ficus humido, quo ſuſtentetur. Sed enim cum diuerſa ſint humidorum genera, videlicet quoddam aqueum, aliud aereum, idq; pingue, & oleagineum: non quouis humido gaudet ſpd ctus, calor. Nãq; in aqueo, quia fluxũ eſt & diſſolubile ac parũ tenax, conſeſtim interit; aereo verò pingui nutritus ſcnetu. q; non ſecus ac flamma oleo.

A

Frigus non concurrere per ſe ad actiones vitæ. Caput II.

Quæri autem ſolet, nũ calor ita vitæ actionis exſequatur, vt ad eas non concurrat etiam frigus per ſe, ſed ex accidente, hoc eſt, quatenus calorem modificat, eiusq; vim attemperat? Sunt
B qui putent, aliquas eſſe actiones, ad quas per ſe & ex vſu naturæ frigus, ſi moderatum ſit, concurrat: quemadmodum, & nonnullæ ſunt, quas calor, niſi congruã temperationem habeat, lædere conſueuit. Suadetur autem hæc pars ex eo, quia cibi appetitio mouetur iuuatuq; frigore: inde eſt enim, quod appulſu atræ bilis in ſtomachum famem ſentimus. Cum igitur fames ſit appetitiò animalis, non videtur negandum, iuuari illam per ſe
C frigore animantium atq; adeo vitæ functiones. Videturq; adſtipulari huic ſententiæ Ariſt. lib. 2. de Gener. anim. cap. 4. vbi docet, ortum ſimiliarium partium tum a frigore, tum a calore eſſe: & alia membra frigido, alia calido coagmentari & concreſcere: ſubditque generationem carnis ex ſanguine quem venæ exſudant, & frigore conſiſtere.

Prima opinio.

Eius arg.

Contraria tamen ſententia veriſimilior eſt: quam tuetur Galenus 3. de cauſi
D Sympt ca. 3. Auicenna fen. 1. primi doct. 6. capit. 5. Vallcſius lib. 5. Contr. Med. & Phil. cap. 11. Thoms a Vega ad c. 62. lib. artis Med. aſſerentes, frigus non niſi poſteriori modo concurrere. Quod ex eo confirmat: quia nulla eſt vitalis actio, cui frigus non per ſe aduerſetur, ſiquidẽ cum nimium creſcit, omnem operationem aut lædit, aut ex toto impedit; námque membra ſtupefacit, & paralyſin in-
E ducit, proindeq; ſenſum & motum adimit: quod tamen calor non efficit. Hinc eſt, quod ad munia viuentium obeunda ex accidente duntaxat frigus concurrit; propterea quod oportet calorem temperatum eſſe, quam temperationẽ admixtio frigoris præſtat: ita vt ſi abſq; frigore moderatus calor dari poſſet, nulla omnino eſſet frigoris neceſſitas. Nec obſtat, quod etiam nimium actiuus calor actiones corrumpit. Id enim per ſe frigo-

Poſterior ſententia, quæ probatur.

ei conuenit, calori autem per accidens. A Cuius rei indicium eſt, quod ubi primũ in aliqua parte corporis frigus cœpit augeri, confeſtim incipit in ea minui perfectio in operando: quod tamen creſcente calore non ita accidit.

Sol arg. ad uerſariæ partis.

Igitur argumentis in contrariam partem adductis reſpondendum eſt: famem non induci per ſe à frigore atræ bilis; ſed quatenus vi frigoris partes corrugantur & ſtringuntur; unde ſequitur appetitio ſibi, cuius ingreſſu corrugatio illa & ſtrictio ceſſat, vt alibi fuſius dicetur. Ariſtoteles autẽ locis adductis tantummodo aſſerit, frigus ad ortum partium ſimiliarium, atq; ad generationem carnis requiri: non tamen docet requiri per ſe. B

Quid ſit mors, quibus cauſis accidat, & quæ eius ſint genera? Caput III.

ANtequam cætera ad vitam mortẽque ſpectantia perlequamur, tradẽ... Mortis definitio: quæ iam facilè ex dictis colligi poterat videlicet: [Mors eſt abſentia diſceſſusve animæ à corpore, ob defectum innati caloris.] Quæ definitio vt planius intelligatur, aduertẽdum eſt, ſeparationem animæ à corpore non ita accipiendam, quaſi oporteat, vt animal mortuum dicatur, animam realiter à corpore ſecundum ſitum abiungi: ſat enim eſt, ſi deſinat eſſe in corpore informatiue, hoc, ſi iam non illud viuificet, diſſoluto actualis coniunctionis nexu. Nam animæ brutorum animantium, cũ ijs intereuntibus extinguantur, nullibi poſt mortem ſunt: animus verò humanus, licet in ipſo interitus momento à corpore, quod tempore antecedente informabat ſecundum locum ſitumq; abiuncta non ſit; ſeparata tamen dicitur, quoniam diſſoluto mutuæ vnionis vinculo, non iam corpus actuat aut viuificat.

Mortis definitio.

Adduntur in definitione illæ particulæ, [propter defectum caloris innati:] quia cum contrariorum contrariæ cauſæ ſint: docente Ariſtotele 5. Polit. cap. 8. quemadmodum vitæ cauſa eſt calor (intellige vna cum humore, quo paſcitur) ita mortis cauſa eſt frigus, ſeu quod eodem recidit, innati caloris defectus. Vnde & à Galeno lib. 2. de temperam. ca. 2. definitur mors [extinctio caloris natiua lis.] Et quia cor natiui caloris fons eſt, vt progreſſu explicabitur, ſolet etiam nonnunquam mors definiri [frigiditas cordis ex humidi inopia.]

Ex propoſitis definitionibus colligi poſſunt mortis cauſæ. Sunt enim excedens frigus & ſiccitas: item & humiditas ſuperabundans, quæ calorem ſuffocat; & nimia vis caloris extranei, quæ non humidum ſolummodo abſumit, ſed ipſum etiam calorem innatum reſoluta ſubſtãtia diſſipat.

Mortis cauſæ.

Mortis autem genera, ſi euentus ſortuiti ſpectentur, innumerabilia ſunt. Si autem cauſæ per ſe expendantur, definito numero continentur. Diuiditur ergo mors ab Ariſtotele libr. de morte & vita in violentam & naturalem. Violenta eſt, quæ à contrario fit: naturalis, quæ ex caloris marcore prouenit. Quia verò natiuum calorem, vt ſupra attigimus, tam frigus, quam calor extraneus & humor interimunt, tripliciter violenta mors accidit: nempe vel ob nimiam frigiditatem aut extraneum calorem quę calorem natiuum extinguunt, vel ob immodicam humiditatem quæ eundem præfocat. C

Mortis genera.

Naturalis autem mors contingit, ob caloris paulatim flacceſcentis defectum. Nam cum calor agat in humidum, ipſumq; reſoluat ac diſſipet, oportet calorem ipſum pariter imminui, manereque terreſtres partes frigore & ſiccitate concretas: proindeq; deficiente humido calorem extingui, & mortem ſubſequi: quæ in plantis vocatur ariditas, in animalibus ſenectus & mors. D

Quia tamen omnis corruptio, vt eſt communis Philoſophantium doctrina, à contrario fit, etiam ea vinentium mors, quæ naturalis dicitur, quandoquidem corruptio quædam eſt, reuera à contrario fiet: dicitur tamen non fieri à contrario, vt violenta, quia quaſi ſponte naturæ accidit: quatenus non aduenit ab externo contrario, magnoq; & aperta vi oppugnante. In quam ſententiam lege, ſi placet, quæ ſcripſimus ad finem lib. de Cœlo, ſect. 4 noſtrorum problem quæſt 1. E

De

De ſitu & figura cordis, quod vitæ fons dicitur. Caput IV.

QVoniam ſuperiùs de vita diſſeruimus; proximum eſt, vt ipſum inquiramus vitę fontẽ, qui cor eſſe perhibetur. Sed prius de cordis ſitu & figura agendũ erit. Ariſtoteles 3. de part. anim. c. 4 & 1 de Hiſt. anim. c. 17 docet, cor cæteris animantibus in medio pectore eſſe; homini autem paululum vergere ad ſiniſtram: redditque eius rei cauſam, quia homo inter omnia animalia læuam partem frigidiorem habet. Quare neceſſum fuit, vt ei ſubueniretur inclinatione cordis quod calidiſſimum eſt. Eandem ſententiam amplexus fuit Plinius lib. 11. Natur. hiſt. capit. 37. Fernelius in lib. de Part. humani corp. c. 7 & Auicenna 11. tert. tract. 1. additque, oportuiſſe cor cedere hepati, ne ſi hepatis & cordis calor eodem conſpirarent, dextrum latus plus nimio recaleſceret. Idem confirmat pulſatio cordis, quæ infra læuam pupillam deprehenditur: quod certè argumento eſt, illuc cordis ſubſtantiam propendere. Galenus tamen lib. 6. de Vſu part. cap. 7. alijque nonnulli affirmant, cor in medio thoracis ſitu ſecundùm omnes dimenſiones ad æquilibrium ſedem habere: idque anatomicæ artis obſeruatione compertum eſſe inquiunt. Quod ſi ita eſt, danda venia erit Ariſtoteli, quia nondum eius ætate membrorum diſſectio vigebat. *Cordis ſitus.*

Quamobrem pars dextra in homine calidior. Porrò cur natura partem dextram potiſſimùm in homine calidiorem fecerit, cauſa fuit, vt motũ commodiùs atq; expeditiùs adminiſtraret: oportet enim in motu alteram partem, videlicet læuã, quaſi quieſcere, vt ea membrorum agitatio quodammodo ſuffulciatur; alterã verò, hoc eſt dextrã, motum ipſum actiuè exſequi: proindeque neceſſe eſt, hanc vberiori caloris copia affluere; quandoquidem calor, vt diximus, primarium inſtrumentum eſt omnium vitalium actionum ad corpus attinentium. Plus verò eget homo calore dextri lateris, quàm cætera animalia: quia homo ad plura munia, vt pote ad artes omnes exercen-

A das, ad pingendum, ſcribendum, texendum, aliaque id genus, dexteræ motionem adhibet: reliqua animantia ſolum ferè progreſſionis motum obeunt; proindeque non tam conſpicuam caloris imparitatem exigunt.

Quod ad cordis figuram & cõpoſitionem attinet, ita de ea ſcripſit Ariſtoteles lib. 1. de Hiſt. anim. cap. 17. [Omnibus, tam pectore conſtitutis, quàm eo carentibus, cor æquè ſuo mucrone in partem *Cordis figura.*
B vergit priorem. Verùm latere ſæpius poteſt, quoniam diſſecto animante dimouetur. At parte ſua ampliori & gibba ſuperiora corporis ſpectat: parte extrema in acutum ſe colligit, exitq; penè in mucronem. Habet etiam ſinum triplicẽ: maximum in dextro latere, minimum in ſiniſtro, medium magnitudine inter ſiniſtrum & dextrum.] His ſimilia ſcripſit Plinius lib. 11. Nat. hiſt. ca. 37. [Cor, inquit, animalibus cæteris in medio pe- *Triplex ſinus cordis.*
C ctore eſt: hominis tantùm infra læuam pupillam turbinato mucrone in priora eminens. Huic præcipuus calor. Palpitat certè, & quaſi alterum mouetur animal, intrà præmolli firmoque opertum membranæ inuolucro, munito coſtarium & pectoris muro, vt par erat, præcipuam vitæ cauſam & originem. Prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.
D Galenus lib. 6 de Vſu part. cap. 7. docet, cor etſi rotundam habeat effigiem, non tamen eſſe vſquequaque rotũdum; ſed ab ampla & orbiculari ſuperna baſi, quod caput eius uocant, exorſum, inde paulatim graciléſcere, ac ima parte in anguſtum acutumque deſinere: quo loco iſtiuſmodi figuræ cauſas inquit. Potiores autem uidentur eſſe, quia figura rotunda, quæ nobiliſſima habetur, decet nobiliſſimum membrum. Item, quia
E rotũditas iuuat ad capacitatem, quę cordi ad recipiendum ſanguinem, ſpirituſque formandos neceſſaria eſt. Angularis autem figura, quæ in turbinato cordis mucrone cernitur, facit ad concoctionem, quia calor cuſpidis anguſtijs preſſus maiorem habet acrimoniam. *Cordis mucro.*

Circa id tamen, quod ex Ariſtotele de cordis ventriculis paulò antè tetulimus, *Decordis*

taro

tam Galenus, quàm alij recentiores Medici, anatomicis obſeruationibus innixi, nō triplicem vt Ariſtoteles, ſed geminum tantum in noſtro corde ventriculum agnoſcunt: ad læuam vnum, ad dexteram alterum. Aiuntque contra Ariſtotelem 3 de Part. anim. cap. 5. ſiniſtrū ventriculum multo eſſe præſtantiorem dextro. Quod probant, quia ſiniſter ventriculus eſt officina ſpirituum vitalium, ſi quidem multo purior, defæcatior, & calidior in eo ſanguis deprehenditur: vnde & illum natura, vt vitæ magis neceſſarium duplici membrana contexit. Facit etiam pro hac ſententia, quod ij, qui venena hauſerunt, multo maiorem noxam in læuo ſinu experti ſunt. Continetur autem in dextro ventriculo ſanguis, quem cor ad pulmonem, vt ei ſingulari, & quaſi regia munificentia in nutrimentum cedat, tranſmittit; rependens videlicet ei mutuam gratiam pro ſpiritu, quem ab ipſo recipit: vt Galenus libro 6. de Vſu part. cap. 10. annotauit.

Quamobrem cor, uitæ fons dicatur? Cap. V.

QVoniā vita, vti ſuperius diximus, in calido & humido conſiſtit, humidū verò à calido cōtinēter abſumitur, nō aliter quàm à flamma oleum; prouidit natura, quo pacto tam calidi, quam humidi, diſpēdia reſarciri poſſent: alioqui breuiſſimo tempore animalium vita extingueretur. Igitur ad reſtaurandum humidum instituit alimenti hauſtum, cibique in viuentis ſubſtantiā conuerſionem: ſuccedit enim loco humidi primigenij, quod radicale vocant, humidum alimentitium: vt in 1. de ortu & interitu exponemus.

Quo pacto inſtauretur humidum.

Quo modo reficiatur calor.

Ad calorem verò ſeruandum reficiendumq́; oportuit, vt Ariſtoteles 3. de pa. anim. ca 7. & Galenus in lib. de Format. fœtus aiunt, locum in animali eſſe aliquem veluti focum, qui naturæ fomites, & primordia ignis natiui contineret, foueretque; & eundem tutum eſſe, veluti arcem corporis totius. Hic autem locus cor eſt: habet enim cor inſitum a natura calorem, cuius opera quandam ſanguinis portionem ſibi à iecore tranſmiſſam exactius decoquit, & in vitales ſpiritus attenuat; quorū vehiculo in omnes partes corporis quaſi ſubſidio calorem mittit, quo membra omnia ſeruantur, ac fouentur, vitęque munia exercent. Ideo q́; Ariſtoteles lib. 5. de Gener. anim. cap. 8. ſpiritum comparat artium inſtrumētis, per quæ artificioſa opera conficiuntur. Quin & ipſum hepar ad elaborandū ſanguinem, influentis à corde caloris adminiculo non parum iuuatur. Eademq́ue communi beneficentia fruitur cerebrū: quandoquidem à corde recipit ſpiritus vitales, quorum præſentia innatam frigiditatem remittit, & ad animales functiones obeundas idoneum redditur: videlicet quemadmodum natura, cùm cerneret terreſtria corpora Solis luce calidiora reddenda eſſe, quàm ſuopte ingenio ſint, minus caloris ſtirpium & animantium generi attribuit, quàm ad eorum vitam & propagationem requirebatur; vt ex natiuo & aſcititio calore quantum eis ſat eſſet comparaｒetur: ſic animantium corporibus tanto minus natiui caloris indidit, quantum affluxu cordis communicandum eis erat.

Ex dictis patet, quamobrem cor fons vitæ dicatur, videlicet quia ab eo, vt a fonte, vitales operationes dimanant. Vnde ſecundùm placita Ariſtotelis 2. de Gener animal. ca. 4. cor primò viuit, poſtremò interit, quaſi vitæ & animæ primordium. Præterea, docente eodē Ariſtotele lib 3. de Part. anim. cap 4 & li. 4. einſdem operis, c. 2. & Plin. lib. 11. Nat. hiſt. cap 37. cor ſolum viſcerum, atque omnino partium corporis, nullum graue vitium, aut noxam patitur; quia videlicet læſum mortem illico affert. [Cū enim,] inquit Ariſtoteles, [principium corrumpitur, nihil eſt, quod cæteris, quæ inde pendent, præbere auxilium poſſit] Nullam verò noxam cor pati, argumēto eſt, q̄ in hoſtijs cor ita affectū non inueniatur, vt in cæteris viſceribus cernitur. Renes enim ſæpenumero calculis, & panis, & pabulis referti inueniuntur: itemq́ue iecur & pulmo, ac potiſſimum lien.

Lege A phro. lib. 2. probat. q. 124.

Aduerte tamen, dictum hoc Ariſtotelis non vniuerſim pro vero accipiēdum,

ſed ordinariè, & vt plurimùm. Vt enim cætera omittamus exempla, conſtat inventam aliquando fuiſſe ceruam, quæ ſagittæ aculeum ex longo tempore cordi infixũ gerebat. Lege Galenum lib. 5. de loc. affect. cap. 1. & Antonium Beneuentum Italum 1. Admir. cap. 81 83 89.

Quòd animi perturbationes, à corde oriundæ, interdum noxam corpori mortemque afferant.

Caput VI.

NOn erit ab inſtituto alienum, paucis explicare, quonam modo animi affectus, ſeu perturbationes, vt ira, timor, gaudium, aliaque huiuſmodi, quæ in corde ſedem habent, vitæ noceant, ac nonnunquam mortem afferant. Aduertẽdum autem prius erit, in hiſce affectibus, duo ſpectari poſſe: formale, & materiale. Formale eſt in ira, verbi gratia, appetitus vindictæ, materiale eſt ea commotio ſiue alteratio, quæ talem appetitionem comitatur, nam iis, qui ad iram concitantur, incaleſcit, ferueťq; ſanguis circa cor. Non diſquirimus ergo in præſenti, quam noxam inuehant corpori affectus animi, quoad formalem ſuam rationem ſpectati; ſed ſecundùm id, quòd in eis materiæ modum obtinet, ſic enim duntaxat corpus immutare, & à natiuo ſtatu dimouere queunt.

Formale, & materiale ĩ affectibus.

Statuendum in primis eſt, animi affectus, ſi uehementes ſint, & extra modũ prodeũtes, interdũ morbos, ac mortẽ inferre; quod, ut ſummatim dicamus, præſtãt nimia cõtractione, aut effuſione ſpirituũ uitalium. Calor enim ſpiritibus inſidẽs, cùm nimiũ contrahitur, multa fuligine obrutus ſuffocatur, idemque nimium ſparſus effluit, & euaneſcit.

Animi affect⁹ qua ratiõne corpori noceant.

Vt uerò de aliquot ex hiſce affectibus nonnihil dicamus, in primis Ira, quia motus eſt, quo ad repentinam uindictam efferimur, calorem exſuſcitat, & ab intimis ad externas corporis partes euocat, quo fit, ut irati uehementius incaleſcãt, cumque biliosum humorem concitent, & is inſita leuitate in cerebrum euadat,

A accidit, nonnunquam, ut irati rationis vſu priuentur, fiantq; inopes conſilij. Ferunt tamen, neminem unquam ex iræ affectu obijſſe mortem.

Timor, ut eſt fuga impendentis mali, ita ſpiritus, & ſanguinem fugam capeſſere, & ad interiora ueluti ad arcem recipi cogit. Quo recepta, & quaſi repercuſſa utitur aliquando & extinguitur natiuus calor, ac ſubita mors ſequitur.

B Idem præſtat aliquando Verecundia, quæ ſpecies quædam timoris eſt, quo iacturam exiſtimationis, ob turpe factum aut dictum, formidamus. Sic Diodorus quidam Dialecticæ profeſſor, quia luſoriam quæſtionem ab Stilbone ſibi propoſitam diſſoluere nõ potuit, dolore pudoreq; exanimatus ceſſit è uita, ut 7 Nat. hiſt. cap. 53. teſtatur Plinius. Simile quid Homero accidit. Nam cum in Io inſula ad littus ſedens piſcatores rogaſſet, num quid haberent? illi uerò hoc ænigmate

C reſpondiſſent: [Quæcunque cepimus, reliquimus; quę nõ cepimus, habemus;] ſummi ingenij uir, quòd horum dictorum perplexitatem explicare nequiret, pudore confectus, diem obijt. Referunt Plutarchus, & Herodotus in uita Homeri, Valerius lib 9. cap. 12.

De morte Homeri.

Triſtitia, quoniam ægritudo eſt animum præmens, calorem intus adigit, membra lãgore deijcit, corpus eneruat, & operationes magna ex parte impedit.

D Sed quia motus eſt lẽtus, aut mortis cauſa non eſt, aut ad eam non niſi lento gradu ducit. Triſtitia animique tædio obijſſe Ariſtotelem, quòd phyſicam rationem, ob quam Euripus ſepties die ac nocte reciprocat, aſſequi non ualeret, ſcripſit Iuſtinus Martyr in ſua parænesi, & Gregorius Nazianzenus in orat. 1. contra Iulianum.

De obitu Ariſtotelis.

Lætitia ſiue gaudium, ſicuti quædam animi iucunditas eſt, ita dum moderatio-

E nem ſeruat, ſpiritus uitales fouet, bonãque corporis habitudinem confirmat: ſi autem nimium ac repentè effundatur, nonnunquam ita ſpiritus laxat, & confeſtim diſſipat, ut interitum ſubitò afferat. Cuius rei cum non pauca ſuppetant exempla antiquitatis, nos pauca tantùm in medium afferemus. Nunciata clade, quæ ad lacum Traſimenum Romanis

Lege Alex. 1. probl. q. 19.

Fœminæ præ nimia lætitia mortuæ.

acci-

acciderat, altera mater ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuiua nimio gaudio expirauit; altera cùm falſo mortis filij nuntio mæſta domi ſederet, ad primum redeuntis conſpectum exanimis concidit atque ita quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit. Refertur a Liuio. 2. decad. 3. à Plinio lib. 7. c. 53. à Valerio Max. lib. 9. c. 12. Philippides, comœdiarum ſcriptor haud ignobilis, cùm i poetarum certamine præter ſpem viciſſet, effuſeque gauderet, præ lætitiæ magnitudine repente mortuus eſt. Diagoras Rhodius, cùm tres filios adoleſcentes, vnum pugilem, alterum pancratiaſtem, tertium luctatorem, eodem Olympiæ die ſimul coronatos videret, & cum tres adoleſcentes amplexi coronis ſuis in caput patris impoſitis oſcularentur, ſimulque gratulabundus populus flores vndique in eum iaceret, tanti impotens gaudij ſpectante populo animam efflauit. Proditum a Gellio 3. Noct. Attic. lib. cap. 15.

Solutio problematum, ad cor ſpectantium. Caput VII.

NVnc aliquot problemata, ad cordis, de quo ſuprà egimus, conſiderationem pertinentia enodabimus. Primum ſit: Eſtne veriſimile id, quod ab Aegyptijs traditum ſcripſit Cenſorinus, in lib. de Natali die Roman. & Plinius li. 11. Nat Hiſt. c. 37. videlicet augeri cor per ſingulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere: deinde tantundem ab eo detrahi, ideoque nõ viuere hominem vltra centeſimum annũ defectu cordis? Reſp. Fictitium id plane videtur, & à veritate alienum: cum neque anatomicæ obſeruationis experientia, nec phyſica ratione, nec idonea philoſophantium auctoritate comprobetur.

2 Si cerebrum tanto eſt corde excellentius, quanto ſentire & mouere præſtat vitæ, id eſt, perfecte viuere, quam ſimpliciter viuere (vnde & ſolæ cerebri functiones principes vocantur) cur Ariſtoteles lib 2. de Part. anim. cap. 7. putat cerebrum gratia cordis duntaxat efformatum; nec aliud ei munus defert, quàm refrigerare cor? Reſp. Ariſtoteles ſummũ ius cordi tribuit, & in eo non ſolùm vitalium, ſed etiam naturalium animaliumque functionum; non remotum & commune tantùm, ſed etiam proximum principium conſtituit. Quare nihil mirum, ſi cor cerebro vbiq; anteponat, & illud huius gratia efformatum putet. Verùm multo veriſimilior habetur Medicorum & aliorum complurium ſententia, delegantium vim naturalem hepati, animalem cerebro, vitalem cordi: atque ita ſimpliciter anteponentium cordi cerebrum, ſpectata maiori excellentia animaliũ functionum, quæ à cerebro originem ducũt vt à nobis in libris de Ortu & Inter. copioſè diſputabitur. Nec videtur etiam probabile, mutuari cor frigiditatem à cerebro: tum quia longa intercapedinè ab eo diſtat; tum quia abundè ad id ſufficit reciprocatio aeris ad pulmones attracti, & arteriarum pulſus.

De hac re agemus ex profeſſo in 2. de ortu & interitu.

3 Si cor in thorace medium obtinet, cur pars anterior corporis ei reſpondens calidior eſt, quàm poſterior? Reſp. Tum quia cor ob craſſitudinem interiectorum oſſium & muſculorum, minùs acriter retro operatur; tum quia à ſpinæ vertebrarum frigore eius actio retunditur. Adde quòd licet cor ſimpliciter in medio ſitum ſit, nonnihil tamen cuſpide antrorſum vergit.

4 Cur ea, quæ pro magnitudine ſuorum corporum grandius cor habent; vt lepores, cerui, mures, hyænæ aſini, pantheræ, muſtellæ; timidiora ſunt? Reſp. Quia exigua copia caloris, quia animoſitatis auctor eſt, in magno conceptaculo exoleſcit, ſitq; ſanguis frigidior. Itaque vt in paruo & magno domicilio idem ignis non æque calefacit; ſed minùs in magno: ſic in his calor non pariter agit. Ariſtoteles 3. de part. anim. c 4

5 Cur ij, quibus piloſum ſiue hirſutũ cor fuit inſignem audaciam & animi robur præ ſe tulere? v. g. præter alios, Leonides, qui; vt ſcribit Plutarchus in parall. facto in hoſtes impetu multis confoſſus telis ad Xerxem peruenit, eique coronam abſtulit: quo mortuo Xerxes; cùm ei cor diſſecuiſſet, piloſum inuenit? Reſp. Quia huiuſmodi homines præcalidi ſunt, & fuliginoſa recrementa e corde

emit-

emittunt, quæ in pilos concreſcunt.

6 Si cor vitæ fons eſt, quo pacto veritati conſonat, quod ait Ariſtoteles hoc in libro, inſecta & teſtitudines auulſo corde viuere? Reſp. Quia, vt docet idem Ariſtoteles lib. 4 de part. anim. cap. 6. iſtiuſmodi animalia, ſicuti imperfecti ſunt, ita non uni tantùm loco addictum habent vitæ principium, adeoquè dempto corde adhuc in eis relinquitur, quod vitalibus actionibus obeundis præſit.

7 Cur, quemadmodum vitales ſpiritus in corde conficiuntur, non etiam animales in eodem efformantur? Reſp. Quia, vt ſpiritus ad animales functiones iuuandis idonei ſint, minus caloris habere debent, quàm in corde obtineant: ideoq; re ad cerebrum perferuntur, vt eius frigiditate calorem mitigent, animaleſq́ue euadant: ſicuti dum ferrum aptant fabri ferrarij, igni primùm, deinde aqua temperant.

Dilutio problematum, circa animi perturbationes, quæ à corde oriuntur. Cap. VIII.

Qvemadmodum ſecundùm Peripateticã diſciplinã iam iraſcendi, quã cupiendi appetitus in corde ſedem habet, vt alibi oſtendimus: ita omnes animæ paſſiones, quæ ab hoc gemino appetitu manant, in corde reſident. Quare hinc ſumpta occaſione aliquot ſi problematum, ad prædictos affectus ſpectantium, declarationem ſubijciemus. *Vterque appetitus ſenſitiuus reſidet in corde.*

Primùm ſit: Cùm calor, ſeu potius ſanguis, aut ſpiritus, quo calor quaſi curru vehitur, pro affectuum diuerſitate variè cieatur, & modò in hanc, modò in illam partem excurrat, ſiquidem triſtitia vrgẽte ad cor, verecundia ad faciem, gaudio ad cutem defertur) quænam putanda erit efficiens cauſa huiuſce motionis, præſertim cum ſpiritus, & omnino reliquus ſanguis, anima careat? Reſpon. Mouentur ſpiritus, & ſanguis impulſu animæ, quæ ipſos, prout neceſſitas exigit, huc illuc citra omnem deliberationem naturali inſtinctu agitat. quod præſtat interuentu facultatum motricium,

A attrahentium, expellentiumve.

2 Cur timentes expalleſcunt? Reſp. Quia anima, vt vitæ conſulat, ſanguinem & ſpiritus, cuſtodiæ gratia, ad penitiora euocat & contrahit: ſanguis verò eſt, qui corpori floridum, & roſeum colorem ſpargit. Eademq́ue cauſa eſt, cur qui metuunt tremunt: cùm enim calor, ſanguini, & ſpiritibus inſidens, membra neruoſq́ue ſuſtineat, & tueatur; conſequens eſt, vt partes corporis calore de-
B fectè ægrè fulcire ſe poſſint, atque ita vacillent: tremunt uerò manibus & labris, maximè inferiori; quia eæ partes, vt minus habent ſanguinis, ita facilius inalgeſcunt. Accedit, quòd imum labium magis pendulum eſt, ſicq́ue plus indiget caloris adminiculo, quam ſuperius, ac proinde facilius laxatur & quatitur.

3 Si tremor oritur ex caloris defectu, & timor calorem ad interiora reuocat, cur pauore affectis cor tremit? Reſpon.
C Quia timor, etſi calorem interius adigat, nõ eum ad cor, ſed ad inferiores partes compellit. Etenim in metuentibus craſſeſcunt, fiuntq́ue grauiores ſpiritus frigore: quod parit imaginatio defectus ad reſiſtendum imminenti malo. vt D. Thom. 1. 2. q. 44 artic. 1. edifferit.

4 Cur ijs, quos ſubitus timor percutit, capilli horrent? Vnde illud nobilis poetæ: *Virg. lib. 3. Eneid.*

Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.

D Reſp. Quia frigiditas, quæ calori in uiſcera præ metu fugienti ſuccedit, ſpiracula cutis & capillos ſtringit, qui preſſi ſtrictíque ſurſum eriguntur. Similiter obtremit vox, hæretque metu conſternatis; quia formandæ vocis inſtrumenta calore deſtituta præſtare officium nequeunt.

5 Cur metuentes ſitis inuadit? vt patet in ijs qui dicendo conturbantur: ſitire enim uehementer conſueuerunt: ita-
E que labra eluunt, & nonnihil ſubſorbẽt. Idem etiam liquet in ijs qui prælio victi fugam arripuere: namque graui ſiti ſe tunc fuiſſe oppreſſos confitentur? Reſp. Quia collectio introrſus calore ardent viſcera, humidumq; abſumitur: ex quo ſequitur frigidi & humidi appetitio, quæ eſt ſitis.

6 Cùm

6 Cùm pudor ſpecies timoris ſit, definiaturque à Philoſophis metus iuſtæ reprehenſionis; cum rurſus timor contrahat, & in occultum demergat, quonam modo pudor ſanguinem diffundit, & faciem tingit ac rubefacit? Reſp. Hanc difficultatem propoſuit, ſed inſolutam reliquit Gellius lib. 19 noct. Attic. cap. 6 Eã tamen explicuit D. Thom. in 1. 2. quæſt. 44. art. 1 in hunc ferè modum. Cùm ſe nobis objiciunt pericula, quæ non ſolum appetitui animali, ſed etiam naturæ aduerſantur, cuiuſmodi eſt mortis diſcrimen: in tali metu non ſolùm accidit contractio ex parte naturæ corporalis; proindeq; reuocatur introrſus calor (de hoc timore paulò antè locuti fuimus.) Malum autem, quod uerecundia extimeſcit, non opponitur naturæ, ſed appetitui animali: ideoque fit tunc contractio ſecundum animalem appetitum, non ſecundùm naturam corporalem: hoc eſt, refugit quidem appetitus obiectum pudoris, non tamen natura introrſum fugit ad ſe tuendum, cùm id naturæ non ſit aduerſarium, ſaltem directè: ideoque pudefactis diffunditur ad exteriora ſanguis. Addit Macrobius, lib. 6. Saturn. ca. 1 t. naturam pudore tactam ita ſanguinẽ ante ſe pro uelo tendere: ut uidemus eum qui erubeſcit manum ſibi ante faciem frequenter opponere. Fracaſtorius in lib. de Sympt. & Antip. c. 22. ait, quia uerecundia uerſatur circa defectum proprium in præſentia alterius, ideo fieri motum ſanguinis & caloris ad eas partes, quæ maximè laborãt: laborat autem maximè facies in præſentia alterius, qui noſtros defectus iudicet.

7 Cur apud ueteres Philoſophos in prouerbium abierat: [Iram non habere qui mentem non habeant?] Reſpon. Duplex eſt ira: altera illiberalis, contumaciſque naturæ ſignum, quæ tendit ad odium, ad ultionem, ad contumeliam, & occaſiones nocendi quærit, ac tempora: altera, quam fortitudinis cotem dicunt, quæ ſopitos animos erigit, & ad rem gerendam exſuſcitat; quę ex animo mollitiem, languorem, hebetudinemque omnem exterminat, atque ad uirtutem, & ad decus capeſſendum calcaria admouet. Non priorem iram, ſed poſteriorem

Duplex eſt ira.

commendabat vetus illa philoſophantium parœmia.

8 Cur uerecundia in adoleſcentibus ingenui animi ſignum habetur? Reſpon. quia indicat curam defectus qui timetur cuius proinde corrigendi ſpes eſt. Vnde qui arrogantes ſunt, cæteroſq; contemnunt, nec ſcelerum, & propriorum defectuum curam habent, impudentes, & inuerecundi eſſe conſueuerunt.

9 Cur capti oculis plerunque longè abſunt à verecundia? Reſpon. quia, vt ex dictis conſtat, eorum nos pudet, quæ in propatulo ſunt, & quæ exiſtimamus nõ probari ijs quos videmus, & quorum auctoritatem extimeſcimus. vnde, vt refert Athenæus libro 13 pudor in oculis eſſe dicitur. Quod reſpexit Socrates apud Platonem in Phædro, ubi de amore dicturus oculos tegit.

Pudor in oculis.

10 Cur vehementer iraſcentibus oculi rubeſcunt? Reſp. quia excitato ad cor feruore ſanguis tenuior in caput effertur, & ad oculos; in quibus, quia pellucidi ſunt, vapores ſanguinei facilè apparent.

11 Cur triſtitia, ſeu dolor, & voluptas, comites iræ ſunt? ut docet Ariſtoteles 7. Ethic. c. 6. Reſp. Comitatur iram dolor, quia ira oritur ex accepta iniuria, aliove damno, cuius memoria dolorẽ facit. Sed altera ex parte naſcitur uoluptas, quatenus illata uindicta, eiusue inferendæ pręmeditatio iucunda eſt.

12 Quinam ſuopte ingenio audaces ſunt? Reſp. qui multo ſanguine & ſpiritu abundant, atque adeò natura calidi exiſtunt. Namque in his anima ſtrenuè operatur, & reſiſtit, & in periculis: etſi portio ſanguinis, & ſpirituum in interiora ſe condit, bona tamen pars loco manet: quare nec expalleſcunt, nec tremũt, ut alij quòd ſi ante pugnam aliudue periculum id faciant, mox animos aſſumunt, & timorem caſtigant. E contrario natura frigidi & exangues, timidi ſunt: ut ſenes, fœminæ, & melancholicorum genus.

13 Cur nimiùm audaces, initio ante pericula promptiores ſunt, in ipſis uerò periculis timent, ac nonnunquam pedem referunt? Reſp. quia cùm rei, quã aggrediuntur, difficultatem & magnitudinem

non

non ante expendant, & omnia proſperè ſibi ceſſura confidant, initio præcipites feruntur; poſtea in ipſo congreſſu, inopinata periculi magnitudine deficiunt, & in timiditatem recidunt. Secus ijs accidit, qui vera animi fortitudine communiti ſunt. Nam cum ſe ſuaſque res, & actiones expendant, nec quicquã vltra, quàm vires, & recta ratio exigit, conentur, nihil eis impræuiſum accidit; cumque honeſtatis & decoris obtinendi ergo ſeſe in diſcrimen inferant, virtutis ardore incitati cœpta perſequuntur.

Quæ dolorem, & triſtitiam leuant.

14 Cur dolor, ſeu triſtitia, fletu, contemplatione, ſomno mitigatur? Reſpon. Doloris acerbitas fletu miteſcit, quia ſtrangulat incluſus dolor, atq; exæſtuat intus, cogitur, & vires multiplicare ſuas: fletu autem diffunditur malum ad exteriora, & animi intentio quodammodo diſſipatur; atque ita dolor, vel omnino, vel ex parte deponitur. Accedit, quòd ea operatio, quæ afflictioni & ſtatui præſenti congrua & accommodata eſt, propter conuenientiam delectationem parit: homini autẽ triſtitia affecto nihil magis conſentaneum, & cognatùm, quàm fletus. Minuitur etiam triſtitia contemplatione, & ſomno: tum quia hæc duo valde iucunda homini ſunt; iucunditas verò triſtitiæ aduerſatur, eamque pellit: tum quia hæc cogitationem auocant à conſideratione rerum, quæ triſtitiam peperere.

15 Cur tam dolor, quàm lætitia lacrymas excutiunt? Reſp. Quia dolor auocato intus calore meatus ſtringit, quibus humorem oculis contentum exprimunt: at lætitia diffuſo calore meatus laxat, quibus ſimiliter oculorum humor egreditur. Sed cur lacrymæ, quas dolor fundit, calidæ; quas lætitia, frigidæ ſentiuntur? Nimirum quia dolor genas, quibus lacrymæ fluũt, frigidas reddit, collecto intus calore: gaudium eaſdem calidas efficit, calore ad cutem diffuſo: vnde calidæ genæ frigidas ſentiũt lacrymas, frigidę calidas; quia vnumquodque à ſuo contrario dignoſcitur: & lacrymæ comparatione vnius ſubiecti calidæ ſunt; comparatione alterius frigidæ.

16 Cur qui gaudent ruborẽ ad cutem fundunt? Reſp. Quia anima appulſu rei iucundæ ſpiritus, ſanguinemque refundit: &, vt Alexander 1 li. probl. q. 13. ait, [Natura ſpontè rei occurrit, quæ grata extrinſecus acceſſit: quemadmodum nos amicis obuiam vltrò procedimus.

Similitudo cauſa amoris.

17 Si ſimilitudo beneuolentiam conciliat, ac mater amoris dicitur (vnde Ariſtoteles 8. Eth. cap. 1. ait, [ſimile appetere ſimile:] & 2. Rhet. lib. cap. 11. recenſens, quæ quibus ſint iucunda, ſcribit, vt plurimum ea natura ſeſe delectari, quæ genere ſint coniuncta, aut ſimilia: vt hominem homine, equum equo, adoleſcentem adoleſcẽte) ſi inquam ita res habet, cur qui eandem artem profitentur, eiuſdemque rei ſtudio cognati ac ſimiles exiſtunt, non raró mutuis ſeſe odijs impetunt? vnde prouerbium: [Figulus figulum odit; Faber fabro inuidet? Reſpon. Quia beneuolentiam, quam artis ſimilitudo conciliare deberet, in rixas conuertit honoris, & pecunię ęmulatio: obidq; in Sympoſiacis Plutarchus vetat, poetas, cantores, & id genus hominum, ad conuiuia iungi, ne quid oriatur rixæ.

Amantes amentes.

18 Quamobrem interdum amantes amentes fiũt? Reſp. Tum ob alias cauſas; tum quia vehemens, & aſſidua cogitatio rei, erga quam afficiuntur, ſpiritus in cerebrum euocat, & calore ijs aducto cerebrum, atq; internorum ſenſuum officinas vltra modum accendit, earumque temperiem diſſoluit; qua diſſoluta nequeunt potentiæ ſuis muneribus ritè ac rectè fungi.

IN LIBRVM DE LONGITVDINE, ET BREVITATE VITÆ.

Quænam diuturnioris, & breuioris vitæ cauſæ ſint? Caput I.

QVemadmodum vita in calido & humido conſiſtit, vt fuit à nobis ſuperiùs explicatum, ita cauſa lõgioris æui in hiſce duobus optimè temperatis, idoneamq́ue inter ſe proportionẽ habẽtibus ſita eſt; & è cõuerſo cauſa vitæ breuioris in eiſdẽ parùm aptè cõmiſtis. Cenſetur verò hęc optimè temperata, cũ humidũ illud, quod aereum & tenax ac bene cohęrens eſſe oportet, haud nimis ꝓualet: alioqui calorem obſidet & extinguet; non ſecus ac oleum ſeſe effundens ellychnij flammã abolet. Item, cùm calor nõ ita excellit & dominatur, vt humidũ ſua voracitate citiùs, quã par eſt, depaſcat & abſumat. Opus eſt etiam, vt humidũ non multa excremẽta, aut peregrinæ materiæ admixtionem in ſe cohibeat. Vt enim flãma olei fæce depaſta, tetrica & moleſta eſt: ſic naturæ munia à natiuo calore orta, ſi calor turbido & excremẽtitio humido alatur, obſcura sũt, imperfecta, morbida, parũque diuturna.

De temperatione calidi & humidi.

Sed pręter dictã humidi & calidi temperationem ac ſymmetriam, aliæ quoq; sũt extrinſecùs aduenientes cauſæ, quæ ad vitæ diuturnitatẽ & breuitatem non parũ conferunt. Inprimis cæleſtium corporũ influxus, ſyderumq́; aſpectus & irradiatio: tam ea quã quiſq; in genitura & ortu ſuo habuit, quàm quę ad regionẽ in qua verſatur pertinet. Cum. n. mũdus hic inferior vt 1. Meteor. ca. 2. Ariſtoteles ait, ſupernis lationibus obnoxius ſit, ab ijſq́; regatur nõ dubiũ, quin viuẽtia, pro ratione aſpectuũ nunc beneficam qualitatẽ ad tuenda corpora, alias aduerſam noxiamq́ue à cęlo accipiant.

Cæleſtis influxus.

Facit quoq; ad id ſoli & regionis bonitas aut inclementia, teſte Ariſtotele 4. de generat. anim. cap. vlt. ſiquidẽ hęc corpꝰ aſſidue alterant ac permutant, & nonnũquã eius ſubſtantiã nimio æſtu diſſipãt, nunc frigore arefaciũt & cõgelant. Propter cęli ſoliq; fauorẽ in ea Indię parte, quam Onor vocant, indigenas longæuos

A & integra valetudine eſſe phibent; ita vt alij ad vigeſimũ ſupra centeſimũ annũ crudã viridẽq; ſenecta perueniãt, alij & multo diutiùs viuãt. Item in quadam Indię plaga narrat Plinius li. 7. c. 2. homines non exſpuere; nõ capitis, aut dentiũ, aut oculorum, rarò aliarum corporis partiũ dolore affici. Præterea gentẽ, quæ Pãdore dicebatur, in conuallibus ſitam annos ducentos viuere ſolitam, in iuuenta candido capillo, in ſenectute nigro, ad hęc in

B faſtigio montis Athi ſcribit Solinus cap. 21. oppidum fuiſſe Achorum nomine, in quo dimidio longior, quam in alijs regionibus incolentium vita prorogaretur.

Ad idem multũ habet momẽti ratio victus. ſi enim is temperatus ſit, materięq; dilabẽtis fluxum cõmodè reſarcit, vitãq; ſeruat & promouet. ſi modũ excedat, ea.ẽdi vires labefactat: quod quotidiana docet experientia. Multi enim, etiã infirma ualetudine, temperantiæ beneficio diu-

C tiùs viuunt: multi ſibi nimiùm indulgentes, ciborũ & potuũ nimietate immaturè decedunt. His adde, multa eſſe ciborum genera, quorũ alij ſuapte ui corporibus detrimentũ & morbos afferũt, alij ualetudinem tuentur. Lege Plutarch in orationibus de eſu carn. & in tract. de ꝓcep. bonæ ual. Tandem ſolent uitam minuere labores intẽpeſtiui, animi pertur-

D bationes, profuſæ corporis uoluptates, frequẽtes curæ, aſſiduus mæror, cæteràq́ue id genus, quæ aut natiuum calorem diſſipant, aut coactum præfocant.

Porrò etſi nõ uniuerſim frequẽtiùs tamẽ accidit, ut lõgiori uita fruãtur animalia, quę grandiora ſunt, & ſanguine prædita, & terreſtria; quàm minora & exſan-

E guia, quęq; i aquis degunt. Vt plurimũ & diuturniora ſunt quæ in calidis, quã quæ in frigidis locis incolunt; & mares, quàm fęminæ: ut docet Ariſtoteles c. 2. huius lib. Et uerò quędã ex animantibꝰ inſignem uitæ breuitatem ſortiuntur. Nam vt apud Hypanim fluuium in Ponto, circa Solſtitiũ oritur uolucre quadrupes, quod ultra diem non ſupereſt: unde

Hemetobion vocatur, teſte Plinio lib. 11. c. 36 & ante Pliniū Ariſtot. lib. 5 de Nat. anima. cap 19 Alia præ cæteris longæua ſunt, vt cerui, & elephanti, quippe ceruos poſt centū annos viuere deprehēſum eſt: aliquibus capitis cum aureis torquibus, quos Alexāder Magnus apponi iuſſerat: vt refert etiam Plinius lib. 8. cap. 32. Elephantos verò ducentis annis, & quoſdam trecētis ſuperſtites eſſe affirmat Ariſtot. lib. 8 de Hiſt. anim. cap. 9.

Quod ad arbores attinet, lōgo æuo durant, & vltra ducentiſſimū annum, olea, oleaſter cupreſſus. platanus, ilex palma. Et vt plurimum, quæ natura tardè creſcunt, prolixè viuunt: quæ verò celeriter adoleſcunt, citò occidunt; vt ficus, prunus, malus, myrtus, ſalix. Item aquaticæ celerius emoriuntur: præfœcundæ feneſcunt citiùs: odoratæ & quarum criſpa materies eſt, viuaciores ſunt.

Solutio problematum, ad diuturnitatem breuitatemque vitæ pertinentium.

SEquitur explicatio problematū, quę ex proximè dictis oriuntur. Primū ſit: Si humidi copia longioris vitæ cauſa eſt, cur homines præcipiti ætate, cùm iam ad moriendum vicini ſunt, humore ſcatent? vnde & frequētiùs exſcreant, & haſmate infeſtantur. Reſp. Hi nō aereo & vitali humido conſperſi ſunt; ſed aqueo & excremētitio, quod natiuū calorem interimit.

2 Cur humidū innatū beneficio humidi nutrimētitii nō poterit ex æquo reſarciri, atq; in multa ſecula hominum vita prorogari? Reſp. Sēper id, quod in locum innati humidi reponitur, deterius eſt, habetq; ſe ad illud vti aqua ad vinum, quod ſui permixtione decolorat & debilitat. Videlicet tribuit natura in primo ortu humidū longè melius, quàm vel artis induſtria, vel ciborum exquiſita bonitate aſſciſci queat, quaſi ꝓpria præſtātiſſimi humi

Neq; humidum innatum æquali bonitate reſarciri.

A di officina fit maternus vterus, eiuſq; natiua materia, illa quæ viuētis formam primò excipit. Itaque ætatis progreſſu ſemper humidū illud primigenium, hoc eſt, à vitæ primordiis inſitum, degenerat: præſertim cùm & alimentum quantumuis ſalubre ſit, & aliæ cauſæ externæ ipſum cōtinenter oppugnent, & à primæua tēperie deiectum aſſiduè carpant: vt in lib. de ortu & interitu pluribus exponemus.

B 3 Quōdnam è quatuor temperamentis ad vitę diuturnitatē aptius ē? Reſ. quod obtinent ii, quibus ſanguinea complexio ineſt. Hæc enim optimam calidi & humidi permixtionem ſortitur; cum in cęteris aliis qualitatum permixitio ad prorogandam vitam minùs commoda cernatur: vt calor & ſiccitas in tēperie bilioſa; humiditas & frigus in phlegmatica; frigus & ſiccitas in melancholica.

Temporamēta quatuor.

C 4 Cur dētium raritas breuioris vitæ indicium eſt? Reſp. Quia, vt Ariſtoteles docet in probl. ſect. 10. quæſt. 47. dentiū raritas ſignificat denſum eſſe os capitis, vtpote in cuius ſubſtantiam abierit dentiū materia; atque adeò teſtatur cerebrū inualidum eſſe, quia minus fit reſpirationibus opportunū: ꝓindeq́ue facilè putrefactum iri, cùm ſua natura humidum ſit. Nam & reliqua etiam, dum non mouentur & torpent, neq; exhalāt, facilè vitium cōtrahunt & tabeſcunt. His adde, dentes D raros materiæ imbecilitatem aut paucitatem arguere, quod debilioris naturæ argumentum eſt.

5 Cur bibones, & qui ſe frequenter vino ingurgitant, mortem ſibi accelerant? Reſp. Quia aſſcititio calore humidum primigenium celeriter abſumunt, ipſumq́ue natiuum calorem euaneſcente eius pabulo diſſipant. Secus accidit iis, qui moderato vtuntur vino, quo natiuus calor E iuuatur, & ciborum decoctio promouetur. Plato tamen 2. de leg omnino vetat, ne adoleſcentes ad annum vſque duodeuigeſimum vinum bibant: & rectè quidem: ne ſi vini calor ad feruorem ætatis accelſerit, ignem igni addant.

F I N I S.

INDEX CAPITVM,

QVAE CONTINENTVR IN Commentarijs Librorum Ariſtotelis, quos Parua Naturalia appellant.

In librum de Memoria, & Reminiſcentia.

Caput 1. *Quid, et quotuplex ſit memoria.* p. 1.
2. *Diſcutitur, num memoria intellectiua propriè memoria ſit, an non.* 3
3. *Memoriam intellectiuam non eſſe facultatem, re aut eſſentia ab intellectu diſtinctam.* 5
4. *Memoriam ſenſitiuam conuenire etiam brutis, licet non omnibus* 7
5. *Non eſſe negandum, competere piſcibus memoriam.* 9
6. *De organo memoriæ ſenſitiuæ.* 11
7. *De actu memorandi, & reminiſcendi.* 12
8. *De vtilitate memoriæ, eiuſq; admiranda, & abſtruſa vi.* 16
9. *Quibus rebus memoriæ bonitas cõſtet aut vitietur: & qui memoriæ laude floruerint aliquando.* 17
10. *Solutio aliquorum problematum ad memoriam ſpectantium.* 20

In librum de ſomno & vigilia.

Cap. 1. *quidnã Somnus ſit.* 23
2. *Quo pacto ſomnus fiat.* 25
3. *Finalis cauſa ſomni, eiuſq; multiplex vtilitas, ſi moderatus ſit; incommoda, ſi immoderatus.* 30
4. *Quòd ſomnus omnibus animalibus competat: & num ab eo, an à vigilia vitam auſpicemur.* 32
5. *Non fuiſſe à ſtatu innocentiæ ablegandum ſomnum.* 33
6. *Quomodo animal expergiſcatur, & à ſomno ceſſet.* 35
7. *De ijs, qui dormientes obambulant.* 36
8. *Quid cauſæ eſſe videatur, cur galli ſtato noctis tempore expergeſiãt, & canant.* 38
9. *Solutio problematum, quæ ad ſomnum pertinent.* 39

In librum de Somnijs.

Caput 1. *Quid ſit ſomnium, & quomodo accidat.* 45
2. *Alia ratio explicandi ſomniorum generationem.* 49
3. *De varijs ſomniorũ generibus.* 52
4. *De ſomnijs diuinis, & dæmoniacis, naturalibus, & animalibus.* 53
5. *De ſomnijs, quæ naturalia, & animalia nuncupantur.* 54
6 *Problematum ad ſomnia pertinentium diſſolutio.* 56

In librum de Diuinatione per Somnum.

Caput 1. *Diuerſa veterum Philoſophorum placita de Diuinatione per ſomnium.* 61

2. *Ariſtotelis ſententia.* 65
3. *Quouſque ſomniorum præſagia auſcultanda ſint.* 66
4. *Explicatio problematum ad ſomniorum præſagia ſpectantium.* 67

In librum de Reſpiratione.

Caput 1. *De cauſa efficiente reſpirationis: & quo pacto reſpiratio fiat.* 69
2. *Enucleatius explicatur, quanam vi pulmones moueantur.* 76
3. *De fine reſpirationis.* 74
4 *Quibus animantibus reſpiratio cõueniat.* 76
5. *Opinio exiſtimantium, omnes in vniuerſum piſces reſpirare: eiuſq; impugnatio.* 77
6. *Quo pacto inter ſe conueniant, & diſſideant, cordis arteriarumq; motus, & reſpiratio.* 80
7. *Solutio problematum, ad ea quæ proximis diſceptationibus concluſa ſunt pertinentium.* 83

In librum de Iuuentute & Senectute.

Caput 1. *Varia ætatum diſcrimina.* 87
2. *Aetatum conſideratio ſecundùm Aſtrologos, Pythagoram, alioſq; Philoſophos.* 89
3. *Diſſolutio problematum ad hominum ætates ſpectantium.* 90
4. *De dentibus. Quæ ſit eorum materia, ortus, finis, varietas.* 94
5. *Solutio problematum, quæ ad dentes pertinent.* 96
6. *De Capillis. Quæ ſit eorum materia, ortus, finis.* 97
7. *De Capillorum varietate.* 99
8. *De caluitio, & canitie.* 101
9. *Dilutio problematum ad capillos ſpectantium.* 102

In librum de Vita, & morte.

Caput 1. *Quidnam ſit vita.* 103
2. *Frigus non concurrere per ſe ad actiones vitæ.* 106
3. *Quid ſit mors, quibus cauſis accidat, & quæ eius ſint genera.* 107
4. *De ſitu, & figura cordis, quod vitæ fons dicitur.* 109
5. *Quamobrem cor vitæ fons dicatur.* 111
6. *Quòd animi perturbationes, à corde oriundæ, interdum noxan corpori, mortemq; afferant.* 113
7 *Solutio problematum ad cor ſpectantium.* 115
8. *Dilutio problematum circa animi perturbationes, quæ à corde oriuntur* 117

In librum de longitudine, & breuitate vitæ.

Captu 1. *Quanã diuturnioris, & breuioris vitæ cauſæ ſint.* 123
2. *Solutio problematum ad diuturnitaten, breuitatemq; vitæ pertinentium.* 125

INDEX

PRAECIPVARVM RERVM, quæ in hoc opere Paruorum Naturalium continentur.

AEtas.

AEtatum varia diſcrimina. pagina 87.a

Aetatum conſideratio ſecundùm Aſtrologos, Pythagoreum, & alios. 89 b

Aetatum curricula non omnes eodem termino concludunt. 89 c

Anima.

ANima ſeparata reminiſcitur eorum, quæ in vita geſſit 2 c

Anima ſeparata quo pacto recordetur ſingularium. 4 c

Animæ ſeparatæ infunduntur à Deo ſpecies in abſceſſu à corpore. ibid.

Anima noſtræ vt ſit impreſſa imago Trinitatis. 6.c

Animal.

ANimalia aquatilia deterioris notæ, quàm terreſtria 9 b

Cur animalium creationem ab aquatilibus Deus inchoauit. ibid.

Quę animalia ſint vitæ diuturnioris. 225.c

Ex animalibus calidiſſima eſſe aquatilia non rectè ab Empedocle dictum. 9 c

Singulis animantium ſpeciebus peculiaris inſtinctus. 39 d

Animalia exſanguia. 46 b

Animalia ſine corde. ibid.

Canities, & Caluitium.

CAnities vnde. 102.c

Capilli deteſti cur ſerius caneſcant. 103.c

Qui noctis vnius ſpatio totius incanuit ibid.

Caluitij cauſa. 101.c

Cur non omnes calueſcunt. 101.e

Capillus.

CApillorum materia. 97.a

Capillorum generatio. 97 c

Capillorum vtilitas 98.d

Capillorum varij calores vnde. 99 c

Capillorum diuerſitas. 100.a

Cerebrum.

CErebrum calidumne ſit, an frigidum. 39.c

In cerebro ſenſus communis reſidet, non in corde, vt viſum eſt Ariſtoteli. 26 c

E cerebro ſpiritus animales in externos ſenſus illabuntur 26 a

Cerebrum maius quàm cæteris animantibus datum homini, pro magnitudine ſui corporis. 37.a

De cerebri frigiditate ſententia Ariſtotelis. 39 c

In cerebro quo pacto vapores addenſentur. 4 a

cor.

COr vitæ fons. 112 e

Cordis motus. 80 b

Cordis motus ſimilis conuerſioni cœleſti. 83 c

Cordis & arteriarum conſenſus. 80.a

Cordis, & arteriarum motus non dirigitur cognitione. 85 a

Cor refrigeratur arteriarum diſtentione. 79 c

Motus cordis, arteriarum & reſpiratio conferuntur inter ſe 82 a

Cor exemptum, cur aliquandiu pulſet 84 b

Cordi facultas vitalis, cerebro animalis, hepati naturalis delegata eſt. 116.a

Cor num aliquod graue vitium, aut noxam pati poſſit. 112.e

Cor grandius habentia, cur timidiora. 116.c

Quibus hirſutum, & piloſum cor eſt, cur audaciores 116 e

In corde reſidet appetitus concupiſcentiæ & iræ. 117 e

Cordis ſitus. 109 b

Cordis figura 110.a

Cordis

Cordis triplex ſinus apud Ariſtotelem ibid.
Cordis mucro 110.e
Cor pulmonibus gratiam rependit. 111 b

Dentes.

DEntium materia. 94 d.
Dentes tota ferè vita creſcunt. ibid.
Dentium ortus. 95 a
Dentium numerus. 95.b
Dentium diuerſitas. ibid.
Dentium finalis cauſa. 95.a
Dentium putredo. 96.a
Dentes Aethiopum cur candidi 97.b
Dentium raritas breuioris vitæ ſignum. 126 b

Infantes, & pueri.

INfantium ætas 88.b
Pueri cur parùm memores. 17 e
Pueris infantibus num ſomnia accidant. 59.e
Pueri maturius ſapientis, cur, aut diu non viuant aut poſtea minus prudentes euadant 91 b
Cur infantes glabri. 102 a

Iuuentus, & Iuuenes.

IVuentus quo anno terminetur. 88 c
Iuuentus cui planetæ ſecundùm Aſtrologos ſubijciatur. 89 c
Iuuentus æſtati ſimilis 90 a
Iuuentutis robur num primi parentes eſu fructuum vitalis arboris perpetuò retinere potuiſſent. 92 a
Iuuenes cur melioris ſint memoriæ, quàm pueri, & ſenes. 23 a

Memoria.

MEmoriam tribus modis accipi. 1.a
Memoria ſenſitiua. 1 d
Memoria intellectiua. 2.a
Memoriam intellectiuam dari. 2.c
Memoria intellectiua num propriè memoria appellanda ſit. 3 b
Memoriæ ſenſitiuæ organum, poſterior cerebri ventriculus. 1 d. & 11 d
Memoriæ organum quod temperamentum exigat. 7 a
A memoria oriri intelligentiam, quo ſenſu D. Auguſtinus pronunciarit. 7.c
Memoria ſenſitiua quibus brutis conueniat quibus non 8 b
Memoriam ineſſe piſcibus, quæ indicia oſtendant. 9.e
Memoria ſenſitiua num duplex conſtitui debeat. 12.b
Memoriæ duo actus. 12.c
Memoriam ſeu memorandi actus definitio. ibid.
Memoriæ res tantum præteritas ſubijci 12.d
Memoriæ vtilitas 16 a
Memoriæ admiranda vis. 16 d
Memoria ſapientiæ, & experientiæ mater. 16 b
Memoriæ firmitatem quæ præſtent. 17 d
Memoriam quæ vitient, impediantque, adimant. 18 c
Memoriam quæ ferueant, iuuentque 19 b
Memoriæ noxia. 19 b
Memoriam excolendi ars. 19 c
Memoriæ inſignia exempla 19 c
Memoria cur integræ quædam nationes parùm valent. 21 b
Memoria quorundam brutorum. 22.d
Memoria intellectiua, & intellectus, nec re, nec ſpecie differunt. 5 a
Memoria diuturnior, cur melancholicis. 23.a
Memoria cur in quibuſdam lædatur non læſa imaginatione 23 c
Memoriam ſenſitiuam, & phantaſiam non eſſe potentias paſſiuas tantùm. 50.b

Mors.

MOrs quid ſit. 107 c
Mors quibus cauſis accidat. 108 a
Mortis genera. 108 b
Mors violenta. ibid.
Mors naturalis. 108.c
Noxam corpori mortemque; vt animi perturbationes interdum afferant. 113.d
Præmaturæ mortis ſignum ſenilis iuuenta. 91 d

Piſces.

PIſcibus datam animam pro ſale ſcripſit Philo. 9.b
Num id rectè dictum. 11.a
Non omnes piſces ouiparos eſſe, ſed quoſdam viuiparos. 10 d
Piſcium quorundam ſtratagemata, & adumbrata prudentia. 11 b

Recordari, & reminiſci.

REcordatio quo pacto animæ ſeparatæ conueniat. 4 c
Reminiſci quidnam ſit. 13 c
Ad reminiſcentiam plura exigi, quàm ad memoriam, recordationemve. 14 a
Ad actum reminiſcendi, quæ requirantur. 14 b
Reminiſci non conuenit brutis. 14.c
Qui celeritate ingenij valent facilius reminiſcun-

miſcuntur. ibid. e
Reminiſci non cõuenit animæ ſeparatæ, etſi recordatio conueniat. 14 e

Reſpiratio.

Reſpirationis cauſa efficiens. 69. a
Reſpirationis inſtrumenta. 69 c
Reſpiratio quo pacto fiat. 70. b
Reſpirationis duæ partes. ibid.
Ad reſpirationis officium, quo pacto pulmones moueantur. 71. b
Reſpirationis motus vtrum naturalis, an voluntarius ſit. 73. b
Reſpirationis finis. 74. b
Reſpiratio quibus animantibus competat. 76. b
Reſpiratio non omnibus piſcibus conuenit, vt quidam opinati ſunt. 76. e

Senectus, & ſenes.

Senectus putredo quædam. 93. b
Senectus prima. 88 c
Senectus decrepita. ibid
Senes cur obliuioſi. 17. d
Senectus primò incurrit in memoriam, 20 b
Senes cur timidi, incurui, tremuli, ſuſpicioſi, illiberales. 93 c d. 94 a

Senſus.

Senſum communem & eius theſaurum in diuerſa parte cerebri conſiſtere. 7. b
Nullum ſenſum in actione verſari abſque ope animalium ſpirituum. 26. a
Senſus communis organum in corde poſuit Ariſtoteles: re tamen vera in cerebro inſidet. 26. c
Spiritus animales in externos ſenſus influunt. ibid.
Senſus communis theſaurum qui phantaſiam conſtituant. 44. a
Senſuum internorum operatio in ſomnijs imperfecta. 56. e

Somnium.

Somnium quid ſit. 45. b
Somnia ad quos ſenſus internos pertineant 47 a
Somnia quo pacto fiant ex ſententia Ariſtotelis. 48 b
Non eſſe opus regreſſu imaginum ad ſomnia. 49 a
Etiam in ſomnijs hominem diſcurrere. 51. c
Somniorum varia genera. 52. b
Somni diuina. 53 b
Somnia dæmoniaca. 53 c
Somnia naturalia. 54 d
Somnia animalia. 55. e
Cur quidam in tota vita non ſomniẽt. 63. c
Somnium Salomonis. 60 d
De diuinatione per ſomnium variæ opiniones Philoſophorum. 61. b
Somniorum interpretatio quàm lubrica. 64 a
De ſomnijs diuinis ſententia Ariſtotelis. 65. a
Somniorum præſagia quouſque auſcultanda ſint, fuſa explicatio. 68. d

Somnus.

Somnus quid ſit. 23. d
Somnus antiperiſtaſis quædam. 32. b
Somnus cur dicatur mortis frater. 25. b
Cur nobis in ſomno mortis effigies repræſentetur, Tertulliani conſideratio. 25. e
Somnus cur dicatur vinculum primi ſenſorij. 26. b
Somni tempore non aſcendunt è corde in cerebrum ſpiritus animales. 27. d
De ſomni cauſa variæ opiniones. 27. e
Somnum quæ concilient. 28. b
Somnus cur facilè poſt cibum obrepit. 28 d
Somnus cur à natura inſtitutus. 30 c
Somni encomia. ibid.
Somni tempore externi ſenſus vacationem, feriarum vice, impetrant. 30. d
Somnum omnibus animalibus competere. 32. c
Somnus delphinum in ſumma aqua. 32. d
Somnum etiam in ſtatu innocentiæ fuiſſe. 33. e
Somnus Adami. 34. e
Excitatio a ſomno, ſiue expergefactio vt fiat. 35. e
De ijs, qui in ſomno obambulant. 36. d
A ſomno vt galli expergefiant ad cantum. 38. c
Somno cur facultas nutriendi nõ ita egeat, & in otio nunquam ſit, cum alijs potentijs ſecus accidat. 40. b
Somnum qua ratione lactuca inuehat, cum frigida ſit. 41. b
Somnus primus cur arctior. 41. c
Somnum cur labor inducit. 40. d
Somnum cur triſtitia adimit. 42. d
Somnus cur triſtitiam leuat. ibid.
Somno cur calor ad viſcera cogitur. 43 c
Somnus cur poſt ſubitam corporis exinanitionem deliquium nonnunquam importat. 43. d
Somnus cur ſudorem mouet. ibid.
Somnus matutinus cur iucundior. 44. a

Spe-

Species, ſiue imagines.

SPecies rerum ſingularium qui negent. 3 b
Per quas ſpecies recordetur anima ſeparata rerum ſingularium. 4 e
In præmolli, & fluxa materia non conſeruari ſpecies, 9 d
Species non habent contrarium. 21. a
Species iniuſtæ ſenſibus, vt obſcurentur, & effluant. ibid.
Species diſsultoriæ, & euanidæ. 21. c
Species cur nõnunquam obſcuræ imprimantur, nonnunquam tenaces. ibid.
Non omnes ſpecies ſenſitiuas inhærere ſpiritibus animalibus. 22 c
Species vt interdum lateant, interdum ſeſe ferant. 46 e
Secierum regreſſus ad efficienda ſomnia. 47. e

Spiritus animales, & vitales.

NVllũ ſenſum in actione verſari abſque ope animalium ſpirituum. 26 a
Non omnes ſpecies ſenſibiles in ſpiritibus inhærere. 48. a
Spiritus vitales ſomni tempore non euadũt in cerebrum. 27 e
Spirituum miniſterio, & vehiculo defertur calor. 29. b
Spiritus animalibus non eget nutritoria facultas. 40 c
Spiritus non ſunt animati. 48 a
Spiritus ſenſitiui in cerebro perficiuntur. 91. b
Spiritus & ſanguis qua viciantur in corpore. 117. a
Spiritus metuentibus craſſeſcunt. 118. b
Spiritus vitales in corde conficiuntur, animales in cerebro. 117. b

Vigilia.

VIgilia quid ſit. 23. d
Vigiliæ immodicæ incommoda. 31. a
Vigiliæ Ariſtotelis. 31 e
Vigiliæ gruum. ibid.

Vita.

VIta quid ſit. 106 d
Vita quot modis accipiatur. ibid.
Vita cur dicatur in calida & humido conſiſtere. 105 d
Ad actiones vitæ num per ſe frigus concurrat. 116. a
Vitæ fons cor. 112 d
Vitæ diuturnioris et breuioris cauſæ. 123 a
Ad diuturnitatem vitæ quodnam temperamentum ſit aptius. 126 b
Quænam viuentia longioris vitæ ſint 124 b

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE